**Pharmacopoeia Collegii Regii Medicorum Edinburgensis.**

**Contributors**

Royal College of Physicians of Edinburgh.

**Publication/Creation**

Edinburgi : Bell & Bradfute, 1792.

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/a6sybw39

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

40773/B/1

2/

1/6

George Gregory.
Bookseller to
H.M. Queen Alexandra,
Bath.

27924

Digitized by the Internet Archive
in 2016 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b28767901

# PHARMACOPOEIA

## COLLEGII REGII

# MEDICORUM

## EDINBURGENSIS.

EDINBURGI:
APUD BELL & BRADFUTE; ET
LONDINI,
APUD G. G. J. & J. ROBINSON.

MDCCXCII.

27924

WELLCOME
LIBRARY
INSTITUTE

GEORGIO III.

DEI GRATIA,

MAGNÆ BRITANNIÆ,

FRANCIÆ, ET HIBERNIÆ,

REGI;

REGUM OPTIMO,

SCIENTIARUM ARTIUMQUE

PATRONO;

COLLEGIUM REGIUM

MEDICORUM

EDINBURGENSE

PHARMACOPOEIAM SUAM,

SUMMA VENERATIONE,

DICAT CONSECRATQUE.

# NOMINA SOCIORUM
# COLLEGII REGII MEDICORUM
# EDINBURGENSIS.

---

## SOCII ORDINARII.

ANDREAS DUNCAN, *Præſes et Elector.*
Stuartus Threipland.
Jacobus Lind, *primus.*
Colinus Drummond.
Franciſcus Home, *Elector.*
Gregorius Grant, *Elector.*
Alexander Monro, *Elector et Cenſor.*
Joannes Gardiner.

Gulielmus

Gulielmus Butter.

Jacobus Walker.

Robertus Petrie.

Maxwell Garthſhore.

Andreas Wilſon.

Jacobus Hay, *Elector et Cenſor.*

Joſephus Black, *Elector.*

Jacobus Makittrick Adair.

Gulielmus Shippen.

Jacobus Lind, *ſecundus.*

Jacobus Hamilton, *primus, Elector.*

Gulielmus Buchan.

Robertus Hamilton.

Eduardus Spry.

Nathaniel Spens, *Collegii ab Ærario.*

Robertus Langlands.

Daniel Rutherford.

Jacobus

Jacobus Gregory, *Collegii ab Epiſtolis.*

Arnoldus Bartholomeus Beerenbrock.

Jacobus Hamilton, *ſecundus.*

Gulielmus Wright.

Thomas Gilleſpie.

Thomas Meik.

Joannes Lind.

Gulielmus Grieve.

Joannes Elliſon.

Robertus Steavenſon.

Joannes Joſephus Sue.

Joannes Marſhall.

Jacobus Wood.

Robertus Grant.

Andreas Farquharſon.

Joannes Clark.

Jacobus Campbell.

Henricus

Henricus Maclagan.

Robertus Freer.

David Morton.

Thomas Stevenſon.

Samuel Spalding.

Thomas Cochrane.

Thomas Spens, *Bibliothecarius.*

Joannes Drummond.

Patricius Baron Seton.

Gulielmus Spink.

Carolus Stuart.

Alexander Hamilton.

Alexander Grant Clugſton.

Joannes Craigie.

Carolus Webſter.

Carolus Congalton.

Jacobus Clark,

Thomas

Thomas Gillies.

Gulielmus Roxburgh.

Georgius Wilſon.

Joannes Lorimer.

Gulielmus Moncrieffe.

Andreas Fillan.

Jacobus Home.

Jacobus Currie.

Joannes Coakley Lettſom.

Nicolaus Bindon.

Thomas Arnold.

Joannes Yule.

Joſephus Fox.

Jacobus M^c^Donnell.

Jacobus Hamilton, *tertius*.

SOCII

## SOCII HONORARII.

HENRICUS DUX de BUCCLEUGH.

Joſephus Banks, *Baronettus.*

Comes Joannes Baptiſta Carburi.

Antonius Baro de Störck.

Joannes Rogerſon.

Joannes Georgius Zimmerman.

Felix Vicq D'Azyr.

Auguſtus Gottlieb Richterus.

Joannes Gottlieb Walterus.

Georgius Baker, *Baronettus.*

## HONORARIUS ex Officio.

Jacobus Flint, *in Academia Andreapolitana Medicinæ Profeſſor Candoſſenſis.*

COL-

# COLLEGIUM REGIUM MEDICORUM EDINBURGENUM

## LECTORI S.

AD Medicinam rite faciendam, accurata Materiæ Medicæ notitia, rectaque medicamentorum præparatio et compoſitio, omnium conſenſu, maxime ſunt neceſſaria. Medicamenta bona recte adhibita, ſalutem promittunt; et mala, vel male compoſita, funeſta multa adferunt, vel nil ægrotantibus proficiunt. Cum tantum medicamina poſſint, in iis rite diſponendis et conficiendis, opus Medicum præcipue verſari debet. Hinc, Ars Pharmaceutica

ceutica ubique adeo ab ingenioſiſſimis Medicis exculta eſt, ut ſingulæ fere civitates proprias ſuas habuerint Pharmacopœias. Nec hac in re defuit Collegium Regium Medicorum Edinburgenſium, dum adhuc in incunabulis eſſet, emiſſo ad id opuſculo ſatis idoneo.

Ea tamen eſt Pharmaceutices, ut aliarum rerum ſors et conditio, ut temporis viciſſitudines haud effugiat. Poſtulant id tum ingens pharmacorum varietas, tum artis incrementa et progreſſus. Hinc fit, ut in Pharmacopœia Edinenſi plurima deſiderentur, quæ uſus deinceps introduxit; et licet ea omnibus fere contractior ſit, non pauca inveniantur dudum obſoleta, ut jam fere norma Pharmacopœis eſſe deſierit. Ne igitur ob inſcitiam Pharmacopœorum ægrotantium vita in periculo ſit, aut Medicorum ſpes fallatur, Collegium noſtrum, Reipublicæ commodo ſuæque dignitati proſpiciens, Pharmacopœiam hanc denuo

denuo limatam auctamque, quæ, omnibus in hac urbe * Pharmacopœis in medicamentis componendis norma ſit et regula, in lucem publicum emitti voluit, gratum opus, et ægrotis, et medentibus.

Ut hi noſtri conatus in Reipublicæ commodum, in ægrorum ſalutem, et in medicinæ incrementum, feliciter cedant, junctis votis, ardenter optamus.

Datum Edinburgi, ex Ædibus Collegii Medici, Prid. Cal. Decemb.
Anno a Chriſto Nato,
M DCC XXI.

* Act of the Parliament of Scotland, 16th June 1685.

---

DE Octava hac Pharmacopœiæ noſtræ editione monere ſufficiat, eam qua potuerimus cura emendatam prodire. Septimam quidem ut plurimum ſecuti, nuſquam ab ea, ſine gravi cauſa, receſſimus. Celebriores tamen aliarum gentium Pharmacopœias præ oculis habuimus, ne vel aliorum labores ſpernere, vel noſtris nimium fidere, videremur.

Nova quædam, vel propria experientia, vel graviſſimis clarorum virorum teſtimoniis, nobis commendata, accepimus. Nonnulla, majorum credulitate, forſitan et ſuperſtitione, invecta reſecuimus. Si quid vero hujuſmodi adhuc ſuperſit, id poſteris delendum erit; præſtat enim, ut nobis videtur, copia quam penuria premi.

Nomina

NOMINA quorundam medicamentorum vulgaria, monentibus Botanice et Chemia, nuper adeo feliciter cultis, cum aliis commutavimus, quo facilius et promptius ex ipſis nominibus natura eorum et compoſitio innoteſcant. Quæ multa vero in hac re adhuc novanda ſint, quum tot tantaque incrementa medicina his temporibus capiat, ſcientiæ progreſſus optime docebit.

Dabamus EDINBURGI, ex Ædibus Collegii Medici, XIVto Cal. Maii,
Anno poſt Chriſtum natum,
M DCC XCII.

PON-

# PONDERUM RATIO.

Cum haud levis in re medicamentaria ſæpe oriatur error, ex promiſcuo menſurarum et ponderum diverſorum uſu, omnia quæ præſcribimus, fluida pariter ac ſolida pondere ſolo definimus. Vinum tamen, aquam, et aquoſa, metiri fas erit; dummodo pro menſuris, adhibeantur vaſa præſertim vitrea, quorum capacitates et diviſiones, libræ medicæ ejuſque diviſionibus et multiplicationibus accurate reſpondeant. Ponderum genere utimur lingua vernacula *Troy weight* vocato, quod in hunc modum dividimus.

| | | |
|---|---|---|
| Libra | valet | uncias duodecim. |
| Uncia | valet | drachmas octo. |
| Drachma | valet | ſcrupulos tres. |
| Scrupulus | valet | grana viginti. |

# ORDO CAPITUM.

*MATERIA MEDICA*, - 1

*Simplicium præparationes*, - 43

*Conſervæ*, - - 51

*Succi*, - - - 53

*Oleo expreſſa*, - - 57

*Emulſiones*, - - 58

*Infuſa*, - - 60

*Decocta*, - - 67

*Syrupi*, - - - 73

*Vina*, - - 82

*Aceta*, - - - 86

*Tincturæ*, - - 88

*Extracta*,

*Extracta*, - - - 111

*Aquæ ſtillatitiæ*, - - 114

*Spiritus ſtillatitiæ*, - - 116

*Olea ſtillatitia*, - - - 120

*Oleoſa*, - - - 125

*Salina*, - - 127

*Metallica*, - - 151

*Pulveres*, - - 175

*Electuaria*, - - 179

*Pilulæ*, - - 184

*Trochiſci*, - - 192

*Linimenta*, *Unguenta et Cerata*, 196

*Emplaſtra*, - - 205

M A-

# MATERIA MEDICA;

S I V E,

Catalogus Medicamentorum ſimplicium et quorundam præparatorum, quæ a Pharmacopœo ipſo non præparantur, ſed in Officina ejus ſemper præſto eſſe debent.

# MATERIA MEDICA.

ABROTANUM. In uſu eſt *Herba.*
*Artemiſia Abrotanum.*
Linnæi Syſtema Vegetabilium.

Abſinthium. *Folia, et Summitates florentes.*
*Artemiſia Abſinthium.* Linn. S. V.

Acetoſa. *Folia.*
*Rumex Acetoſa.* Linn. S. V.

Acetum vini.

Acidum vitriolicum.
*Hujus pondus ſpecificum eſſe debet ad pondus aquæ deſtillatæ ut* 1850 *ad* 1000.

Aconitum. *Folia.*
*Aconitum Napellus.* Linn. S. V.

Acorus. *Radix.*
*Calamus aromaticus.*
*Acorus Calamus.* Linn. S. V.

Ærugo.
*Cuprum acido acetoſo roſum.*

Agaricus.
*Boletus igniarius.* Linn. S. V.

Allium. *Radix.*
*Allium ſativum.* Linn. S. V.

Aloe hepatica. *Gummi Reſina.*
*Aloe perfoliata.* Linn. S. V.

Aloe ſocotorina. *Gummi Reſina.*
*Aloe perfoliata.* Linn. S. V.

Althæa.

Althæa. *Radix.*
*Althæa officinalis.* Linn. S. V.

Alumen.

Ammoniacum. *Gummi Reſina.*

Amygdala amara. *Semen.*
*Amygdalus communis.* Linn. S. V.

Amygdala dulcis. *Semen.*
*Amygdalus communis.* Linn. S. V.

Amylum.
*Ex tritico præparatum.*

Anchuſa. *Radix.*
*Anchuſa tinctoria.* Linn. S. V.

Anethum. *Semen.*
*Anethum graveolens.* Linn. S. V.

Angelica ſativa. *Radix, Folia, Semen.*
*Angelica Archangelica.* Linn. S. V.

| | |
|---|---|
| Angelica ſylveſtris. | *Radix.* |
| *Angelica ſylveſtris.* | Linn. S. V. |
| Anguſtura. | *Cortex.* |
| Aniſum. | *Semen.* |
| *Pimpinella Aniſum.* | Linn. S. V. |
| Antimonium. | |
| *Stibium.* | |
| Arabicum. | *Gummi.* |
| *Mimoſa Nilotica.* | Linn. S. V. |
| Argentum. | |
| Ariſtolochia tenuis. | *Radix.* |
| *Ariſtolochia clematitis.* | Linn. S. V. |
| Arnica. | *Flores, Radix.* |
| *Arnica montana.* | Linn. S. V. |

Arſenicum

Arſenicum

Artemiſia. *Folia.*
*Artemiſia vulgaris.* Linn. S. V.

Arum. *Radix.*
*Arum maculatum.* Linn. S. V.

Aſa fœtida. *Gummi Reſina.*
*Ferula Aſafœtida.* Linn. S. V.

Aſarum. *Folia.*
*Aſarum Europæum.* Linn. S. V.

Atriplex fœtida. *Herba.*
*Chenopodium vulvaria.* Linn. S. V.

Aurantium Hiſpalenſe. *Folia, Flores, aqua ſtillatitia et oleum eſſentiale florum, fructus ſuccus, et cortex exterior.*
*Citrus Aurantium.* Linn. S. V.

Avena. *Semen.*
*Avena ſativa.* Linn. S. V.

Axungia porcina.
*Sus ſcrofa.* Linnæi Syſtema Naturæ.

Balſamum Canadenſe.
*Pinus Balſamea.* Linn. S. V.

Balſamum Copaibæ.
*Copaifera officinalis.* Linn. S. V.

Balſamum Gileadenſe.
*Amyris Gileadenſis.* Linn. S. V.

Balſamum Peruvianum.
*Myroxylon peruiferum.* Linn. S. V.

Balſamum Tolutanum.
*Toluifera balſamum.* Linn. S. V.

Bardana.

Bardana. *Radix.*
*Arctium lappa.* Linn. S. V.

Barilla.
*Kali ſpinoſi cineres.*

Barytes.
*Terra ponderoſa.*

Belladonna. *Folia.*
*Solanum lethale.*
*Atropa Belladonna.* Linn. S. V.

Benzoinum. *Reſina.*
*Styrax Benzoe* Acta Philoſophica Lond.

Biſtorta. *Radix.*
*Polygonum Biſtorta.* Linn. S. V.

Borax.

Bryonia. *Radix.*
*Bryonia alba.* Linn. S. V.

Cajeputa. *Oleum.*
*Melaleuca Leucadendron.* Linn. S. V.

Calx viva.
*Ex lapide calcareo.*
*Ex teſtis conchyliorum.*

Camphora.
*Laurus Camphora.* Linn. S. V.

Cancer. *Chelæ, Lapilli, vulgo* oculi *dicti.*
*Cancer pagurus et aſtacus.*
Linn. S. N.

Canella alba. *Cortex.*
*Canella alba.* Linn. S. V.

Cantharis.

Cantharis.
*Meloe veſicatorius.* Linn. S. N.

Cardamine. *Petala, Folia.*
*Cardamine pratenſis.* Linn. S. V.

Cardamomum minus. *Semen decorticatum.*
*Amomum repens.* Sonnerati iter.

Carduus benedictus. *Herba.*
*Centaurea benedicta.* Linn. S. V.

Carica. *Fructus.*
*Ficus Carica.* Linn. S. V.

Carvi. *Semen.*
*Carum Carvi.* Linn. S. V.

Caryophylla aromatica. *Fructus, et oleum ejus ſtillatitium.*
*Caryophyllus aromaticus.* Linn. S. V.

Caryophylla

Caryophylla rubra. *Flores.*
*Dianthus Caryophyllus.* Linn. S. V.

Caſcarilla. *Cortex.*
*Croton Eleutheria.* Swartz Prodrom.

Caſſia fiſtularis. *Fructus pulpa.*
*Caſſia fiſtula.* Linn. S. V.

Caſſia lignea. *Cortex, Flores nondum explicatæ.*
*Laurus Caſſia.* Linn. S. V.

Caſtoreum. *Materia in folliculis prope anum collecta.*
*Caſtor Fiber.* Linn. S. N.

Catechu. *Succus ſpiſſatus;*
*Terra Japonica.*
*Mimoſa Catechu.* Linn. S. V.

Centaurium

Centaurium minus. *Summitates florentes.*
*Gentiana Centaurium.* Linn. S. V.

Cera alba et flava.

Ceruſſa.
*Plumbum acido acetoſo roſum.*

Chamæmelum. *Herba et Flores.*
*Anthemis nobilis.* Linn. S. V.

Cicuta. *Folia, Semen.*
*Conium maculatum.* Linn. S. V.

Cinara hortenſis. *Folia.*
*Cynara Scolymus.* Lind. S. V.

Cineres clavellati.
*Anglicè,* Potaſhes, *vel* Pearlaſhes.
*Lixiva, vel Alkali fixum vegetabile.*

Coccinnella.

Coccinella.
*Coccus cacti.* Linn. S. N.

Cochlearia. *Herba.*
*Cochlearia officinalis.* Linn. S. V.

Colchicum. *Radix.*
*Colchicum autumnale.* Linn. S. V.

Colocynthis. *Fructus, cortice ſemi-nibuſque abjectis.*
*Cucumis Colocynthis.* Linn. S. V.

Colomba. *Radix.*

Contrayerva. *Radix.*
*Dorſtenia Contrajerva.* Linn. S. V.

Convallaria. *Radix.*
*Convallaria Polygonatum.* Linn. S. V.

Coriandrum.

Coriandrum. *Semen.*
*Coriandrum ſativum.* Linn. S. V.

Cornu Cervi.
*Cervus Elaphus.* Linn. S. N.

Cortex Peruvianus.
*Cinchona officinalis.* Linn. S. V.

Creta alba.

Crocus. *Floris ſtigmata.*
*Crocus ſativus.* Linn. S. V.

Cubeba. *Fructus.*
*Piper Cubeba.* Linn. S. V.

Cucumis agreſtis. *Fructus recens.*
*Momordica elaterium.* Linn. S. V.

| | |
|---|---|
| Cuminum. | *Semen.* |
| *Cuminum Cyminum.* | Linn. S. V. |
| Cuprum vitriolatum. | |
| *Vitriolum cæruleum.* | |
| Curcuma. | *Radix.* |
| *Curcuma longa.* | Linn. S. V. |
| Curſuta. | *Radix.* |
| *Gentiana purpurea.* | Linn. S. V. |
| Daucus ſylveſtris. | *Semen.* |
| *Daucus Carota.* | Linn. S. V. |
| Dictamnus albus. | *Radix.* |
| *Dictamnus albus.* | Linn. S. V. |
| Digitalis. | *Folia.* |
| *Digitalis purpurea.* | Linn. S. V. |

Dolichos.

Dolichos. *Pubes leguminis rigida.*
*Dolichos pruriens.* Linn. S. V.

Dulcamara. *Stipites.*
*Solanum Dulcamara.* Linn. S. V.

Ferrum. *Limatura, Squamæ, Rubigo; Limatura ſaccharata, vulgo, Mars ſaccharatus.*

Ferrum Vitriolatum.
*Vitriolum viride.*

Filix mas. *Radix.*
*Polypodium Filix mas.* Linn. S. V.

Flammula Jovis. *Folia, Flores.*
*Clematis recta.* Linn. S. V.

Fœniculum dulce. *Semen, Radix.*
*Anethum Fœniculum.* Linn. S. V.

Fœnum Græcum. *Semen.*
*Trigonella Fœnum Græcum.* Linn. S. V.

Fuligo ligni.

Fumaria. *Herba.*
*Fumaria officinalis.* Linn. S. V.

Galbanum. *Gummi-reſina.*
*Bubon Galbanum.* Linn. S. V.

Galla. *Cynipidis nidi.*
*Quercus cerris.* Linn. S. V.

Gambogia. *Gummi-reſina.*

Geniſta. *Summitates.*
*Spartium ſcoparium.* Linn. S. V.

Gentiana. *Radix.*
*Gentiana lutea.* Linn. S. V.

Geoffræa. *Cortex.*
*Geoffræa inermis.* Acta Lond.

Ginſeng.

| | |
|---|---|
| Ginſeng. | *Radix.* |
| *Panax quinquefolium.* | Linn. S. V. |
| Glycyrrhiza. | *Radix.* |
| *Glycyrrhiza glabra.* | Linn. S. V. |
| Granata malus. | *Cortex Fructus; Flores pleni, Balauſtia dicti.* |
| *Punica Granatum.* | Linn. S. V. |
| Gratiola. | *Herba.* |
| *Gratiola officinalis.* | Linn. S. V. |
| Guajacum. | *Lignum, Gummi.* |
| *Guajacum officinale.* | Linn. S. V. |
| Hedera terreſtris. | *Herba.* |
| *Glecoma hederacea.* | Linn. S. V |
| Helenium. | *Radix.* |
| *Enula Campana.* | |
| *Inula Helenium.* | Linn. S. V. |

Hippocaſtanum. *Fructus.*
*Æſculus Hippocaſtanum.* Linn. S. V.

Hordeum. *Semen omni cortice nudatum.*
*Hordeum diſtichon.* Linn. S. V.

Hydrargyrus.
*Argentum vivum.*
*Mercurius.*

Hydrolapathum. *Radix.*
*Rumex aquaticus.* Linn. S. V.

Hyoſcyamus. *Herba, Semen.*
*Hyoſcyamus niger.* Linn. S. V.

Hyſſopus. *Herba.*
*Hyſſopus officinalis.* Linn. S. V.

Jalapa. *Radix.*
*Convolvulus Jalapa.* Linn. S. V.

Imperatoria. *Radix.*
*Imperatoria oſtruthium.* Linn. S. V.

Ipecacuanha. *Radix.*

Iris Florentina. *Radix.*
*Iris Florentina.* Linn. S. V.

Iris paluſtris. *Radix.*
*Iris Pſeudacorus.* Linn. S. V.

Juniperus. *Baccæ.*
*Juniperus communis.* Linn. S. V.

Kino. *Gummi-reſina.*
*Gummi rubrum aſtringens Gambienſe.*
Obſ. Med. Lond.

Lactuca viroſa. *Folia.*
*Lactuca viroſa.* Linn. S. V.

Lapis calaminaris.

Lavendula. *Spicæ florentes.*
*Lavandula ſpica.* Linn. S. V.

Laurus. *Folia, Baccæ, baccarum oleum expreſſum.*
*Laurus nobilis.* Linn. S. V.

Lichen. *Herba.*
*Lichen Iſlandicus.* Linn. S. V.

Lignum Campechenſe, *ſive* Hæmatoxylum. *Lignum.*
*Hæmatoxylum Campechianum.*
Linn. S. V.

Liguſticum. *Semen.*
*Leviſticum.*
*Liguſticum Leviſticum.* Linn. S. V.

Lilium album. *Radix.*
*Lilium candidum.* Linn. S. V.

Limon.

Limon. *Fructus, Cortex fructus, et ejus oleum, vulgo Eſſentia dictum.*
*Citrus Medica.* Linn. S. V.

Linum. *Semen, Oleum e ſeminibus expreſſum.*
*Linum uſitatiſſimum.* Linn. S. V.

Lithargyrus.
*Plumbum uſtum.*

Lobelia. *Radix.*
*Lobelia ſiphilitica.* Linn. S. V.

Lujula. *Folia.*
*Oxalis acetoſella.* Linn. S. V.

Magneſia vitriolata.
*Sal Catharticus amarus.*

Majorana. *Herba.*
*Origanum Majorana.* Linn. S. V.

| | |
|---|---|
| Malva. | *Herba, Flores.* |
| *Malva ſylveſtris.* | Linn. S. V. |
| Manna. | *Succus concretus.* |
| *Fraxinus ornus.* | Linn. S. V. |
| Marrubium. | *Herba.* |
| *Marrubium vulgare.* | Linn. S. V. |
| Maſtiche. | *Reſina.* |
| *Piſtacia Lentiſcus.* | Linn. S. V. |
| Mel. | |
| Melampodium. | *Radix.* |
| *Helleborus niger.* | Linn. S. V. |
| Meliſſa. | *Folia.* |
| *Meliſſa officinalis.* | Linn. S. V. |
| Mentha piperitis. | *Herba.* |
| *Mentha piperita.* | Linn. S. V. |

Mentha

Mentha ſativa. *Herba.*
*Mentha viridis.* Linn. S. V.

Menyanthes. *Folia.*
*Trifolium paluſtre.*
*Menyanthes trifoliata.* Linn. S. V.

Mezereum. *Radicis cortex.*
*Daphne Mezereum.* Linn. S. V.

Millefolium. *Folia, Flores.*
*Achillea Millefolium.* Linn. S. V.

Millepeda.
*Oniſcus aſellus.* Linn. S. N.

Minium.
*Plumbum uſtione rubrum factum.*

Moſchus. *Materia in folliculo prope umbilicum collecta.*
*Moſchus Moſchiferus.* Linn. S. N.

Myrrha.

Myrrha. *Gummi-reſina.*

Myriſtica. *Fructus nucleus, Nux moſchata dictus; Macis; Oleum expreſſum, oleum macis dictum; Oleum eſſentiale.*

*Myriſtica moſchata.* Acta Holm.

Naſturtium aquaticum. *Herba.*

*Siſymbrium Naſturtium.* Linn. S. V.

Nicotiana. *Folia.*

*Nicotiana Tabaccum.* Linn. S. V.

Nitrum.

*Lixiva nitrata.*

Olibanum. *Gummi-reſina.*

*Juniperus Lycia.* Linn. S. V.

Oliva. *Fructus oleum expreſſum.*
*Olea Europæa.* Linn. S. V.

Opium. *Succus ſpiſſatus.*
*Papaver ſomniferum.* Linn. S. V.

Palma. *Fructus oleum expreſſum.*

Papaver. *Capſula.*
*Papaver ſomniferum.* Linn. S. V.

Parietaria. *Herba.*
*Parietaria officinalis.* Linn. S. V.

Petroleum Barbadenſe.
*Bitumen petroleum.* Linn. S. N.

Petroſelinum. *Radix.*
*Apium Petroſelinum.* Linn. S. V.

Pimenta. *Fructus.*
*Piper Jamaicenſe.*
*Myrtus Pimenta.* Linn. S. V.

Pimpinella.

Pimpinella. *Radix.*
*Pimpinella Saxifraga.* Linn. S. V.

Piper Indicum. *Fructus.*
*Capſicum annuum.* Linn. S. V.

Piper longum. *Fructus.*
*Piper longum.* Linn. S. V.

Piper nigrum. *Fructus.*
*Piper nigrum.* Linn. S. V.

Pix Burgundica.
*Pinus abies.* Linn. S. V.

Pix liquida.
*Pinus ſylveſtris.* Linn. S. V.
*Pinus abies.* Linn. S. V.

Plantago. *Folia.*
*Plantago major.* Linn. S. V.

Prunus gallica. *Fructus.*
*Prunus domeſtica.* Linn. S. V.

Prunus ſylveſtris. *Fructus.*
*Prunus ſpinoſa.* Linn. S. V.

Pulegium. *Herba.*
*Mentha Pulegium.* Linn. S. V.

Pulſatilla nigricans. *Herba cum floribus.*
*Anemone pratenſis.* Linn. S. V.

Pyrethrum. *Radix.*
*Anthemis Pyrethrum.* Linn. S. V.

Quaſſia. *Lignum.*
*Quaſſia amara.* Linn. S. V.

Quercus. *Cortex.*
*Quercus Robur.* Linn. S. V.

Radix Indica Lopeziana.

Raphanus

Raphanus ruſticanus. *Radix.*
*Cochlearia Armoracia.* Linn. S. V.

Reſina alba.
*Pinus ſylveſtris.* Linn. S. V.
*Pinus abies.* Linn. S. V.

Rhamnus catharticus. *Baccarum ſuccus.*
*Spina cervina.*
*Rhamnus catharticus.* Linn. S. V.

Rheum. *Radix.*
*Rhabarbarum.*
*Rheum palmatum.* Linn. S. V.

Rhododendron. *Folia.*
*Rhododendron Chryſanthum.* Linn. S. V.

Ricinus. *Semen et ejus oleum.*
*Ricinus communis.* Linn. S. V.

Roſa

Roſa pallida. *Petala.*
*Roſa Centifolia.* Linn. S. V.

Roſa rubra. *Petala.*
*Roſa Gallica.* Linn. S. V.

Roſmarinus. *Summitates florentes.*
*Roſmarinus officinalis.* Linn. S. V.

Rubia. *Radix.*
*Rubia tinctorum.* Linn. S. V.

Ruta. *Herba.*
*Ruta graveolens.* Linn. S. V.

Sabina. *Folia.*
*Juniperus Sabina.* Linn. S. V.

Saccharum non purificatum.

Saccharum puriſſimum, *ſive* bis coctum.

Sagapenum. *Gummi-reſina.*

Sal

Sal Ammoniacus.
*Ammonia muriata.*

Sal cornu cervi.
*Ammonia ſicca, ex oſſibus vel cornibus animalium, igne parata, et ab oleo empyreumatico, quantum igne fieri poteſt, purificata.*

Sal marinus Hiſpanus.
*Muria calore ſolis parata.*
*Soda muriata.*

Salix. *Ramulorum cortex.*
*Salix fragilis.* Linn. S. V.

Salvia. *Folia.*
*Salvia officinalis.* Linn. S. V.

Sambucus. *Flores, Baccæ, Cortex.*
*Sambucus nigra.* Lin. S. V.

Sanguis

| | |
|---|---|
| Sanguis Draconis. | *Gummi-reſina.* |
| *Calamus rotang.* | Linn. S. V. |
| *Pterocarpus Draco.* | Linn. S. V. |
| Santalum citrinum. | *Lignum.* |
| *Santalum album.* | Linn. S. V. |
| Santalum rubrum. | *Lignum.* |
| *Pterocarpus Santolinus.* | Linn. S. V. |
| Santonicum. | *Cacumen.* |
| *Artemiſia Santonica.* | Linn. S. V. |
| Sapo albus Hiſpanus. | |
| Sarſaparilla. | *Radix.* |
| *Smilax Sarſaparilla.* | Linn. S. V. |
| Saſſafras. | *Lignum radicis, ejuſque cortex.* |
| *Laurus Saſſafras.* | Linn. S. V. |
| Satyrion. | *Radix.* |
| *Orchis maſcula.* | Linn. S. V. |

Scammonium. *Gummi-reſina.*
*Convolvulus Scammonia.* Linn. S. V.

Scilla. *Radix.*
*Scilla maritima.* Linn. S. V.

Scolopendrium. *Herba.*
*Lingua cervina.*
*Aſplenium Scolopendrium.* Linn. S. V.

Scordium. *Herba.*
*Teucrium Scordium.* Linn. S. V.

Seneka. *Radix.*
*Polygala Senega.* Linn. S. V.

Senna. *Folia.*
*Caſſia Senna.* Linn. S. V.

Serpentaria Virginiana. *Radix.*
*Ariſtolochia Serpentaria.* Linn. S. V.

Serpyllum. *Summitates florentes.*
*Thymus Serpyllum.* Linn. S. V.

Sevum

Sevum ovillum.
*Ovis aries.* Linn. S. N.

Sevum Ceti.
*Sperma ceti.*
*Phyſeter macrocephalus.* Linn. S. N.

Simarouba. *Cortex.*
*Quaſſia Simaruba.* Linn. S. V.

Sinapi album. *Semen.*
*Sinapis alba.* Linn. S. V.

Spigelia. *Radix.*
*Spigelia Marilandica.* Linn. S. V.

Spiritus cornu cervi.
*Ammoniæ ex oſſibus vel cornibus animalium paratæ, portio volatilior liquida deſtillatione purificata ut decolor ſit.*

Spiritus vinoſus rectificatus *ſive* puriſſimus.
*Spiritus deſtillatus ex vino vel aliis liquoribus fermentatis, ab odore ingrato purificatus, cujus libra menſura ſit ponderis unciarum tredecim.*

Spiritus vinoſus tenuior *ſive* dilutus.
*Spiritus rectificatus cui immixta fuerit aquæ pars æqua, qualem lingua vernacula vocamus* Proof-ſpirit.

Spongia.
*Spongia officinalis.* Linn. S. V.

Stannum. *Limatura et pulvis.*

Staphiſagria. *Semen.*
*Delphinium Staphiſagria.* Linn. S. V.

Stramonium. *Herba.*
*Datura Stramonium.* Linn. S. V.

Styrax. *Reſina.*
*Styrax officinale.* Linn. S. V.

Succinum.

Succinum.

Sulphuris flores.
*Sulphur ſublimatum.*

Tamarindus. *Fructus.*
*Tamarindus Indica.* Linn. S. V.

Tanacetum. *Folia, Flores.*
*Tanacetum vulgare.* Linn. S. V.

Taraxacum. *Herba, Radix.*
*Dens leonis.*
*Leontodon Taraxacum.* Linn. S. V.

Tartari cryſtalli.
*Tartarum purificatum.*

Terebinthina Veneta. *Reſina, et Oleum eſſentiale.*
*Pinus Larix.* Linn. S. V.

Thymus. *Herba.*
*Thymus vulgaris.* Linn. S. V.

| | |
|---|---|
| Tormentilla. | *Radix.* |
| *Tormentilla erecta.* | Linn. S. V. |
| Tragacantha. | *Gummi.* |
| *Aſtragalus Tragacantha.* | Linn. S. V. |
| Trichomanes. | *Herba.* |
| *Aſplenium Trichomanes.* | Linn. S. V. |
| Tuſſilago. | *Folia, Flores.* |
| *Tuſſilago Farfara.* | Linn. S. V. |
| Tutia. | |
| Valeriana ſylveſtris. | *Radix.* |
| *Valeriana officinalis.* | Linn. S. V. |
| Veratrum. | *Radix.* |
| *Helleborus albus.* | |
| *Veratrum album.* | Linn. S. V. |
| Verbaſcum. | *Folia.* |
| *Verbaſcum Thapſus.* | Linn. S. V. |

Vinum album Hiſpanum.
*Vitis Vinifera.* Linn. S. V.

Viola. *Flores.*
*Viola odorata.* Linn. S. V.

Vipera.
*Coluber Berus.* Linn. S. N.

Ulmus. *Cortex interior.*
*Ulmus campeſtris.* Linn. S. V.

Urtica. *Herba.*
*Urtica dioica.* Linn. S. V.

Uva paſſa.
*Vitis Vinifera.* Linn. S. V.

Uva urſi. *Folia.*
*Arbutus Uva urſi.* Linn. S. V.

Winteranus cortex.
*Wintera aromatica.* Linn. S. V.

Zedoaria. *Radix.*
*Kæmpferia rotunda.* Linn. S. V.

Zincum.

Zincum Vitriolatum.
*Vitriolum album.*

Zingiber. *Radix.*
*Amomum Zingiber.* Linn. S. V.

Zingiber conditum. *Radix condita, ex India allata.*

# MEDICAMENTA

# PRÆPARATA

# ET

# COMPOSITA.

# MEDICAMENTA PRÆPARATA ET COMPOSITA.

## SIMPLICIUM QUORUNDAM MEDICAMENTORUM PRÆPARATIONES.

### ALUMEN USTUM.

ALUMEN in vaſe fictili vel ferreo liqueſcat igne, donec ebullire deſinat.

### ANTIMONIUM PRÆPARATUM.

ANTIMONIUM, in mortario ferreo in pulverem tritum et ſuper porphyriten cum pauxilla aqua lævigatum, inde vaſi amplo: Tum affunde aquam, quam, vaſe ſæpius agitato,

gitato, polline onuſtam elutria. Quieſcente aqua, ſubſidet pulvis ſubtilis, exſiccandus.

Pulvis craſſus quem aqua ſuſtinere nequit iterum lævigetur, et eodem tractetur modo.

## AXUNGIA PORCINA PRÆPARATA.

Axungiam in fruſtula concide, et lento igne liqua; deinde colando a membranis ſepara.

## CALAMINARIS LAPIS PRÆPARATUS.

Calaminaris lapis ab iis qui orichalcum conficiunt calcinatus, præparatur ut antimonium.

## CANCRORUM LAPILLI PRÆPARATI, vulgo OCULI CANCROURM.

Præparantur ut antimonium.

## CRETA PRÆPARATA.

Creta trita, et aqua ſæpius abluta, donec hanc nullo aut ſapore aut colore inficiat, præparatur ut antimonium.

## FERRI LIMATURA PURIFICATA.

Imposito limaturæ cribro admoveatur magnes, ut trans cribrum limatura ſurſum attrahatur.

## FERRI RUBIGO, vulgo FERRI LIMATURA PRÆPARATA.

Ferri limatura purificata ſæpius aqua humectetur ut fatiſcat in rubiginem, quæ in pollen teratur.

FERRI

## FERRI SQUAMÆ PURIFICATÆ.

Ferri ſquamæ ad fabrorum incudes reperiundæ, magnete admoto purificantur. Magnes enim ſquamas tenuiores, puriores, tantum attrahit, relictis craſſioribus minus puris.

## HERBARUM ET FLORUM EXSICCATIO.

Herbæ et flores hypocauſti vel foci communis calore leni exſiccentur, ea quantitate tantum qua id quam citiſſime fiat. Sic enim eorum vires optime ſervantur, cujus indicium eſt color nativus quam perfectiſſime conſtans.

Cicutæ vero folia, et alia, materie ſubtili volatili referta, poſt exſiccationem illico conterantur, et vaſis vitreis bene obturandis reponantur.

## MEL DESPUMATUM.

Mel in balneo aquoſo liqua et ſpumam aufer.

## MILLEPEDÆ PRÆPARATÆ.

Millepedæ panno cannabino rariori incluſæ ſuſpendantur in vaſe clauſo ſuper ſpiritum vinoſum calefactum, ut vapore necatæ friabiles reddantur.

## OPIUM PURIFICATUM.

℞. Opii in fruſtula conciſi, libram unam.

Spiritus Vinoſi tenuioris libras duodecim.

Digere leni calore ſubinde agitans donec ſolvatur opium; dein miſturam per pannum linteum cola, et vaporatione ad idoneam ſpiſſitudinem redige, ſæpe agitans dum ſpiſſeſcit.

PUL-

## PULPARUM EXTRACTIO.

Fructus qui pulpam præbere poſſunt, ſi immaturi ſint, vel maturi et ſicci, coque cum pauxilla aqua, ut molleſcant; deinde pulpam per cribrum ſetaceum exprime; poſtea in vaſe fictili coque lento igne, crebro agitans, ne aduratur, donec mellis ſpiſſitudinem habeat.

Item caſiæ fiſtularis pulpa ex ſiliqua contuſa excoquenda eſt, deinde aquam evaporando ad idoneam ſpiſſitudinem reducenda.

Fructuum maturorum et recentium pulpæ per cribrum exprimantur, nulla coctione præmiſſa.

## SCILLA EXSICCATA.

Scillam, ablato externo cortice, tranſverſim in taleolas tenues ſeca, et leni calore exſicca. Recte exſiccatæ indicium

eſt,

eſt, quod friabilis reddita amaritiem et acrimoniam retinet.

## SPONGIA USTA.

Spongiam in fruſtula parva conciſam, et ab adhærentibus terreis bene liberatam, in vaſe fictili clauſo, igni impone, crebro ſimul agitans, donec nigreſcat, et friabilis fiat; deinde in mortario vitreo vel marmoreo in pulverem redige.

## SULPHURIS FLORES LOTI.

℞. Florum Sulphuris libram unam,

Aquæ libras quatuor.

Sulphuris Flores coque pauliſper ex aqua; deinde hanc aquam effunde et frigida affuſa, acidum ablue; denique flores exſicca.

## TESTÆ OSTREORUM PRÆPARATÆ.

Testæ oſtreorum cavæ, a ſordibus adhærentibus bene purgatæ, præparantur ut antimonium.

## TUTIA PRÆPARATA.

Præparatur ut antimonium.

CON-

# CONSERVÆ.

## CONSERVA,

Menthæ ſativæ foliorum recentium.

Rosæ rubræ petalorum nondum explicitorum.

Aurantiorum Hiſpalenſium corticis exterioris recentis radula abraſi.

Cynosbati fructus maturi pulpæ a ſeminibus eorumque pube ſollicite purgatæ.

Singula, in pulpam contunde, ſacchari puriſſimi triti pondere triplo inter contundendum paulatim addito.

## CONSERVA PRUNORUM SILVESTRIUM.

PRUNA in aquam immiſſa ſuper ignem molleſcant, cura adhibita ne rumpantur; dein exemptis ex aqua prunis pulpam exprime, et triplo pondere ſacchari puriſſimi triti miſce.

## SUCCI.

## SUCCI.

### SUCCUS COCHLEARIÆ COMPOSITUS; vulgo, SUCCI AD SCORBUTICOS.

℞. Succi cochleariæ,

naſturtii aquatici,

ex herbis recens carptis expreſſi,

aurantiorum Hiſpalenſium, ſingulorum libras duas,

Spiritus nucis moſchatæ libram dimidiam.

Misce, et ſepone donec fæces ſubſederint, dein effunde.

## SUCCI SPISSATI,
vulgo,
## EXTRACTA.

### SUCCUS SPISSATUS ACONITI.

Aconiti folia recentia contundantur, et ſacco cannabino incluſa prælo comprimantur valide, ut ſuccum præbeant; qui in vaſis patulis aquæ ferventis vapore calefactis illico redigatur ad mellis craſſioris ſpiſſitudinem, circa finem aſſidua agitatione evitato empyreumate.

Massa poſtquam refrixerit, reponatur in vaſis fictilibus vitreatis, et ſpiritu vini rectificato madefactis.

Eodem

Eodem modo parantur

## SUCCI SPISSATI

Belladonnæ.

Hyoscyami.

Lactucæ virosæ.

## SUCCUS SPISSATUS CICUTÆ.

Cicutæ floreſcentis foliorum et caulium ſucco, ut aconiti expreſſo, et ad mellis liquidioris ſpiſſitudinem redacto; jamque refrigerato, adde foliorum cicutæ exſiccatorum, et in pulverem tritorum, quantum ſatis ſit, ut fiat maſſa pilulis formandis idonea. Curandum autem ut exhalatio eo tantum procedat, ut pulvis admiſcendus quintam circiter totius maſſæ partem efficiat.

## SUCCUS SPISSATUS BACCARUM SAMBUCI, vulgo, ROB SAMBUCI.

℞. Succi baccarum ſambuci maturarum libras quinque,

Sacchari puriſſimi libram unam.

Decoque leni igne ad mellis craſſioris ſpiſſitudinem.

## SUCCUS SPISSATUS CUCUMERIS, vulgo, ELATERIUM.

Cucumeres agreſtes maturos ſcinde, et ſuccum leviſſime expreſſum tranſmitte per cribrum ſetaceum tenuiſſimum; deinde coque parum, et per aliquot horas ſepone, donec craſſior pars ſubſederit. Partem tenuiorem ſupernatantem effunde, et reliquam colando ſepara. Craſſiorem vero partem quæ poſt colandum reſtat, panno linteo coopertam leni calore exſicca.

OLEA

# OLEA EXPRESSA.

## OLEUM AMYGDALARUM.

℞. Amygdalarum recentium quantum velis.

In mortario lapideo contuſas ſacculo cannabino include, et oleum torculari exprime, ſine calore.

Eodem modo exprimendum eſt

Oleum e ſeminibus Lini,

Oleum e ſeminibus Ricini, prius cortice nudatis.

Oleum Ricini parari quoque poteſt, ſeminibus contuſis et aqua coctis.—Hoc modo præcipue obtinetur in India Occidentali, unde plerumque affertur.

EMUL-

# EMULSIONES.

## EMULSIO COMMUNIS.

℞. Amygdalarum dulcium unciam unam,

Aquæ libras duas cum ſemiſſe.

Decorticatas amygdalas in mortario lapideo diligentur contunde, aquam ſimul paulatim affundens; dein cola.

## EMULSIO ARABICA.

Fit eodem modo, additis inter amygdalas contundendas

Mucilaginis gummi Arabici unciis duabus.

EMUL-

## EMULSIO CAMPHORATA.

℞. Camphoræ ſcrupulum unum,

Amygdalas dulces decorticatas decem,

Sacchari puriſſimi drachmam unam,

Aquæ uncias ſex.

Fit eodem modo ac Emulſio communis.

## INFUSA.

# INFUSA.

## INFUSUM AMARUM, ſive INFUSUM GENTIANÆ COMPOSITUM.

℞. Radicis gentianæ unciam dimidiam,

Corticis aurantiorum Hiſpalenſium ſiccati drachmam unam,

Seminum coriandri drachmam dimidiam,

Spiritus vinoſi tenuioris uncias quatuor,

Aquæ libram unam.

Affunde primum ſpiritum, et poſt tres horas aquam; tum macera ſine calore per noctem, et cola.

## INFUSUM CATECHU,
vulgo,
## INFUSUM JAPONICUM.

℞. Extracti Catechu drachmas duas cum ſemiſſe,

Corticis cinnamomi drachmam dimidiam,

Aquæ ferventis uncias ſeptem,

Syrupi ſimplicis unciam unam.

Macera extractum et cinnamomum cum aqua, in vaſe clauſo per horas duas; dein cola, et adde ſyrupum.

## INFUSUM RHEI.

℞. Radicis rhei unciam dimidiam,

Aquæ bullientis uncias octo,

Spiritus cinnamomi unciam unam.

Macera

Macera rheum cum aqua bulliente in vaſe clauſo per noctem; dein, addito ſpiritu cinnamomi, cola.

## INFUSUM ROSARUM,

vulgo,

## TINCTURA ROSARUM.

℞. Petalorum Roſæ rubræ ſiccatorum unciam unam,

Aquæ bullientis libras quinque,

Acidi vitriolici drachmam unam,

Sacchari puriſſimi uncias duas.

Macera petala cum aqua bulliente in vaſe fictili, quod plumbo non ſit vitreatum, per horas quatuor; dein, affuſo acido, liquorem cola et adjice ſaccharum.

## INFUSUM TAMARINDORUM CUM SENNA.

℞. Fructus tamarindorum drachmas ſex,

Cryſtallorum tartari,

Foliorum ſennæ, utriuſque drachmam unam,

Seminum coriandri drachmam dimidiam,

Sacchari non purificati unciam dimidiam,

Aquæ bullientis uncias octo.

In vaſe fictili, quod plumbo non ſit vitreatum, clauſo macera, ſubinde agitans, et poſt horas quatuor cola.

Fit quoque cum ſenna duplice, triplice, *&c.*

PO-

## POTIO CRETACEA.

℞. Cretæ præparatæ unciam unam,

Sacchari puriſſimi unciam dimidiam,

Mucilaginis gummi Arabici uncias duas.

Tere ſimul, et dein ſenſim adde

Aquæ libras duas cum ſemiſſe,

Spiritus cinnamomi uncias duas.

Misce.

## MUCILAGO AMYLI.

℞. Amyli unciam dimidiam,

Aquæ libram unam.

Amylum tere, paulatim addens aquam, dein coque pauliſper.

MU-

## MUCILAGO GUMMI ARABICI.

℞. Gummi Arabici in pulverem triti,

Aquæ ferventis pondera paria.

Digere, ſubinde agitans, donec ſolvatur gummi, tum per linteum exprime.

## MUCILAGO GUMMI TRAGACANTHÆ.

℞. Gummi tragacanthæ triti unciam unam,

Aquæ ferventis uncias octo.

Macera horas viginti quatuor, dein miſce, diligenter terens ut ſolvatur gummi, et per linteum exprime.

## AQUA CALCIS.

℞. Calcis vivæ recentis libram dimidiam,

Vasi figulino immitte, et inſperge aquæ uncias quatuor, clauſo vaſe dum calx incaleſcit et in pulverem dilabitur; dein affunde aquæ libras duodecim, et agitatione calcem cum aqua permiſce. Poſtquam ſubſederit calx, iteretur agitatio; idque fiat decies circiter, occluſo ſemper vaſe, ut liberior aëris acceſſus arceatur. Tandem coletur aqua per chartam in infundibulo operto poſitam, et lagenis probe obturatis ſervetur.

DE-

# DECOCTA.

## DECOCTUM ALTHÆÆ.

℞. Radicis althææ ſiccatæ uncias quatuor,

Uvarum paſſarum, demptis acinis, uncias duas,

Aquæ libras ſeptem.

Decoque ad libras quinque; liquorem colatum ſepone donec fæces ſubſederint, et effunde.

## DECOCTUM CHAMÆMELI,
vulgo,
## DECOCTUM COMMUNE.

℞. Florum chamæmeli unciam unam,

Seminum carvi unciam dimidiam,

Aquæ libras quinque.

Coque per quartam horæ partem, et cola.

## DECOCTUM CORTICIS PERUVIANI,
ſive,
## CINCHONÆ.

℞. Corticis Peruviani in pulverem triti, unciam unam,

Aquæ libram unam cum ſemiſſe.

Coque per horæ partem ſextam in vaſe operto et liquorem adhuc calentem, cola.

DE-

## DECOCTUM GEOFFRÆÆ.

℞. Corticis Geoffrææ in pulverem triti unciam unciam,

Aquæ libras duas.

Coque leni igne ad libram unam, et cola.

## DECOCTUM GUAJACI COMPOSITUM,

vulgo,

## DECOCTUM LIGNORUM.

℞. Scobis ligni guajaci uncias tres,

Uvarum paſſarum uncias duas,

Radicis ſaſſafras,

glycyrrhizæ, ſingularum unciam unam,

Aqnæ libras decem.

Decoque aquam cum guajaco et uvis paſſis, leni igne, ad libras quinque, ſub finem adjiciens ſaſſafras et glycyrrhizam; dein cola ſine expreſſione.

## DECOCTUM HORDEI.

℞. Hordei (lingua vernacula *Pearl-barley* dicti) uncias duas,

Aquæ libras quinque.

Primum farina hordeo adhærens aqua frigida abluatur; tum hordeum cum aquæ libra circiter dimidia aliquantulum coquatur, ut materia colorans extrahatur; qua abjecta, hordeum ita purificatum, quinque aquæ bullientis libris addatur; dein hæc ad dimidiam coquatur, et coletur.

## DECOCTUM MEZEREI.

℞. Corticis Radicis Mezerei drachmas duas,

Radicis glycyrrhizæ contuſæ unciam dimidiam,

Aquæ libras tres,

Decoque leni igne ad libras duas, et cola.

## DECOCTUM SARSAPARILLÆ.

℞. Radicis Sarſaparillæ conciſæ uncias ſex,

Aquæ libras octo.

Macera per duas horas, calore circiter 195°, dein Sarſaparillam exime et contunde, contuſam liquori redde, et decoque, leni igne, ad quatuor libras, tunc exprime et cola.

## DECOCTUM SENEKÆ.

℞. Radicis ſenekæ unciam unam,

Aquæ libras duas.

DECOQUE ad uncias ſexdecim, et cola.

SYRUPI,

# SYRUPI.

## SYRUPUS ACETI.

℞. Aceti vini libras duas cum ſemiſſe,

Sacchari puriſſimi libras tres cum ſemiſſe.

Coque ut fiat ſyrupus.

## SYRUPUS ALTHÆÆ.

℞. Radicis Althææ recentis libram unam,

Aquæ libras decem,

Sacchari puriſſimi libras quatuor.

Coque aquam cum radicibus, ad dimidiam, et valide exprimens, cola. Liquorem colatum ſepone ut fæces ſubſidant, et defæcato adde ſaccharum; dein coque ut fiat ſyrupus.

SY-

## SYRUPUS CORTICIS AURANTIORUM.

℞. Corticis exterioris recentis aurantiorum Hiſpalenſium uncias ſex,

Aquæ bullientis libras tres,

Sacchari puriſſimi libras quatuor cum quadrante.

Macera cortices in aqua per noctem; dein, liquori colato et defæcato, adde ſaccharum contritum, leni calore adhibito, ut fiat ſyrupus.

## SYRUPUS TOLUTANUS, vulgo, SYRUPUS BALSAMICUS.

℞. Syrupi communis libras duas,

Tincturæ Tolutanæ unciam unam.

Syrupo recens parato, et ab igne remoto, cum pene refrixerit, immiſce paulatim tincturam, aſſidue agitans.

SY-

## SYRUPUS CARYOPHYLLORUM RUBRORUM.

℞. Petalorum Caryophylli rubri recentium, unguibus reſectis, libram unam,

Aquæ bullientis libras quatuor,

Sacchari puriſſimi libras ſeptem cum quadrante.

Macera flores in aqua per noctem, dein liquori colato adde ſaccharum contritum, quod ſolvatur leni calore ut fiat ſyrupus.

## SYRUPUS COLCHICI.

℞. Radicis colchici recentis, ſucculentæ, in fruſta tenuia ſectæ, unciam unam,

Aceti vini uncias ſexdecim,

Sacchari puriſſimi uncias viginti ſex.

Ma-

Macera radicem in aceto biduum, vas ſubinde agitans, dein leniter exprimens cola. Liquori colato adde ſaccharum contritum, et coque paululum ut fiat ſyrupus.

## SYRUPUS SIMPLEX,
ſive,
## COMMUNIS.

℞. Sacchari puriſſimi triti partes quindecim,

Aquæ partes octo.

Leni calore liquetur ſaccharum, et coque paululum, ut fiat ſyrupus.

SY-

## SYRUPUS SUCCI LIMONUM.

℞. Succi limonum, poſtquam fæces ſubſederint colati, partes tres,

Sacchari puriſſimi partes quinque.

Solvatur ſaccharum ut fiat ſyrupus.

## SYRUPUS PAPAVERIS ALBI,
vulgo,
## SYRUPUS DIACODION.

℞. Capitum papaveris albi ſiccatorum, ſeminibus exemptis, libras duas,

Aquæ bullientis libras triginta,

Sacchari puriſſimi libras quatuor.

Macera capita conciſa in aqua per noctem; dein coque donec tertia tantum pars liquoris

liquoris ſuperſit, tum valide exprimens cola. Liquorem colatum coque ad dimidium, et iterum cola; addito demum ſaccharo, coque ut fiat ſyrupus.

## SYRUPUS ROSARUM PALLIDARUM.

℞. Petalorum Roſæ pallidæ recentium libram unam,

Aquæ bullientis libras quatuor,

Sacchari puriſſimi libras tres.

Macera roſas in aqua per noctem; dein liquori colato et defæcato adde ſaccharum; denique coquendo fiat ſyrupus.

Commode quoque fit hic ſyrupus ex liquore poſt deſtillatam aquam roſarum reſiduo, bene defæcato.

## SYRUPUS ROSARUM RUBRARUM.

℞. Petalorum roſæ rubræ ſiccatorum uncias ſeptem,

Aquæ bullientis libras quinque,

Sacchari puriſſimi libras ſex.

Macera roſas in aqua per noctem; dein poſt brevem ebullitionem cola. Liquori colato adde ſaccharum, et coque ut fiat ſyrupus.

## SYRUPUS SCILLITICUS.

℞. Aceti ſcillitici libras duas,

Sacchari puriſſimi contriti libras tres cum ſemiſſe.

Solvatur leni calore ſaccharum ut fiat ſyrupus.

SY-

## SYRUPUS RHAMNI CATHARTICI, vulgo, SYRUPUS E SPINA CERVINA.

℞. Succi defæcati baccarum maturarum rhamni cathartici libras ſeptem cum ſemiſſe,

Sacchari puriſſimi libras tres cum ſemiſſe.

Coque ut fiat ſyrupus.

## SYRUPUS VIOLARUM.

℞. Florum violæ recentium libram unam,

Aquæ bullientis libras quatuor,

Sacchari puriſſimi libras ſeptem cum ſemiſſe.

Macera violas in aqua per horas viginti quatuor, vaſe vitreo vel fictili vitreato clauſo; dein cola ſine expreſſione, et liquori colato adde ſaccharum contritum ut fiat ſyrupus.

SY-

## SYRUPUS ZINGIBERIS.

℞. Radicis zingiberis triti uncias tres,

Aquæ bullientis libras quatuor,

Sacchari puriſſimi libras ſeptem cum ſemiſſe.

Macera zingiber in aqua, vaſe clauſo, per horas viginti quatuor; dein liquori colato et defæcato, adde ſaccharum contritum ut fiat ſyrupus.

# VINA.

## VINUM ALOETICUM,
vulgo,
## TINCTURA SACRA.

℞. Aloes ſocotorinæ unciam unam,

Seminum cardamomi minoris,

Radicis zingiberis, utriuſque drachmam unam,

Vini albi hiſpani libras duas.

Digere per dies ſeptem, ſubinde agitans, et cola.

VINUM

## VINUM AMARUM,
ſive,
## GENTIANÆ COMPOSITUM.

℞. Radicis gentianæ unciam dimidiam,

Corticis peruviani unciam unam,

Corticis aurantiorum hiſpalenſium ſiccati drachmas duas,

Corticis canellæ albæ drachmam unam,

Spiritus vinoſi tenuioris uncias quatuor,

Vini albi hiſpani libras duas cum ſemiſſe.

Affunde primum ſpiritum vinoſum, et, poſt horas viginti quatuor, adde vinum; tum macera per dies tres, et cola.

## VINUM ANTIMONII TARTARISATI,
vulgo,
## VINUM ANTIMONIALE.

℞. Antimonii tartariſati grana viginti quatuor,

Vini albi hiſpani libram unam.

Misce ut ſolvatur antimonium.

## VINUM IPECACUANHÆ,
vulgo,
## TINCTURA IPECACUANHÆ.

℞. Radicis ipecacuanhæ unciam unam,

Vini albi hiſpani uncias quindecim.

Macera triduum, et per chartam cola.

## VINUM NICOTIANÆ.

℞. Foliorum nicotianæ unciam unam,

Vini albi hiſpani libram unam.

MACERA per dies ſeptem, et cola.

## VINUM RHEI.

℞. Radicis rhei uncias duas,

Corticis canellæ albæ drachmam unam,

Spiritus vinoſi tenuioris uncias duas,

Vini albi hiſpani uncias quindecim.

MACERA per dies ſeptem, et cola.

# A C E T A.

## ACETUM AROMATICUM.

℞. Summitatum roriſmarini,

Foliorum ſalviæ, utriuſque uncias quatuor,

Florum lavendulæ uncias duas,

Caryophyllorum drachmas duas,

Aceti vini libras octo.

Macera per quatriduum, et liquorem expreſſum, cola per chartam.

ACE-

## ACETUM SCILLITICUM.

℞. Radicis ſcillæ ſiccatæ uncias duas,

Aceti deſtillati libras duas cum ſemiſſe,

Spiritus vinoſi rectificati uncias tres.

Macera ſcillam cum aceto per dies octo, dein exprime acetum, cui adde ſpiritum, et, cum fæces ſubſederint, liquorem effunde.

# TINCTURÆ.

## TINCTURA ALOES.

℞. Aloes ſocotorinæ in pulverem tritæ unciam dimidiam

Extracti glycyrrhizæ unciam unam cum ſemiſſe,

Aquæ,

Spiritus vinoſi tenuioris, ſingulorum uncias octo.

Digere ſuper arenam calidam, vas ſubinde agitans donec ſolvatur extractum, et cola.

TINC-

## TINCTURA ALOES cum MYRRHA;
vulgo,
## ELIXIR PROPRIETATIS.

℞. Myrrhæ tritæ uncias duas,

Spiritus vinoſi rectificati,

Spiritus vinoſi tenuioris, utriuſque libram unam.

Digere per dies quatuor, dein adde

Aloes ſocotorinæ tritæ unciam unam cum ſemiſſe,

Croci anglici unciam unam.

Digere rurſus per biduum, et tincturam defæcatam effunde.

TINC-

## TINCTURA ALOES VITRIOLATA,

vulgo,

## ELIXIR PROPRIETATIS VITRIOLICUM.

℞. Myrrhæ,

Aloes ſocotorinæ, utriuſque unciam unam cum ſemiſſe,

Croci anglici unciam unam,

Spiritus ætheris vitriolici libram unam.

Digere myrrham cum ſpiritu per dies quatuor, in phiala clauſa, dein adde crocum et aloen.

Digere rurſus per dies quatuor, et cum fæces ſubſederint effunde tincturam.

## TINCTURA AMARA,
ſive,
## GENTIANÆ COMPOSITA,
vulgo,
## ELIXIR STOMACHICUM.

℞. Radicis gentianæ uncias duas,

Corticis aurantiorum hiſpalenſium ſiccati unciam unam,

Corticis canellæ albæ unciam dimidiam,

Coccinellæ drachmam dimidiam

Spiritus vinoſi tenuioris libras duas cum ſemiſſe.

Macera dies quatuor, et per chartam cola.

## TINCTURA AROMATICA,
ſive,
## CINNAMOMI COMPOSITA.

℞. Corticis cinnamomi drachmas ſex,

Seminum cardamomi minoris unciam unam,

Radicis angelicæ ſativæ drachmas tres,

Piperis longi drachmas duas,

Spiritus vinoſi tenuioris libras duas cum ſemiſſe.

Macera dies ſeptem, et per chartam cola.

TINC-

## TINCTURA ASÆ FŒTIDÆ,
vulgo,
## TINCTURA FŒTIDA.

℞. Aſæ fœtidæ uncias quatuor,
Spiritus vinoſi rectificati libras duas cum ſemiſſe.

DIGERE per dies ſex, et cola.

## TINCTURA BENZOINI COMPOSITA,
vulgo,
## BALSAMUM, ſive ELIXIR TRAUMATICUM.

℞. Reſinæ benzoini uncias tres,
Balſami peruviani uncias duas,
Aloes hepaticæ unciam dimidiam,
Spiritus vinoſi rectificati libras duas.

DIGERE per dies decem, et cola.

## TINCTURA CANTHARIDUM.

℞. Cantharidum drachmam unam,

Spiritus vinoſi tenuioris libram unam,

Digere dies quatuor, et per chartam cola.

## TINCTURA CARDAMOMI.

℞. Seminum cardamomi minoris uncias quatuor,

Spiritus vinoſi tenuioris libras duas cum ſemiſſe.

Macera dies octo, et per chartam cola.

TINC-

## TINCTURA CASTOREI.

℞. Caſtorei ruſſici unciam unam cum ſemiſſe,

Spiritus vinoſi rectificati libram unam.

DIGERE per dies ſex, et cola.

## TINCTURA CASTOREI COMPOSITA.

℞. Caſtorei ruſſici unciam unam,

Aſæ fœtidæ unciam dimidiam,

Spiritus ammoniæ libram unam.

MACERA per dies ſex, in phiala clauſa, et cola.

## TINCTURA CATECHU,
vulgo,
## TINCTURA JAPONICA.

℞. Succi ſpiſſati catechu uncias tres,

Corticis cinnamomi uncias duas,

Spiritus vinoſi tenuioris libras duas cum ſemiſſe.

DIGERE per dies octo, et cola.

## TINCTURA CINNAMOMI.

℞. Corticis cinnamomi uncias tres,

Spiritus vinoſi tenuioris libras duas cum ſemiſſe.

MACERA per dies octo, et cola.

TINC-

## TINCTURA COLOMBÆ.

℞. Radicis colombæ, in pulverem tritæ, uncias duas,

Spiritus vinoſi tenuioris libras duas.

Digere per dies octo, et cola.

## TINCTURA CORTICIS PERUVIANI, ſive, CINCHONÆ.

℞. Corticis Peruviani uncias quatuor,

Spiritus vinoſi tenuioris libras duas cum ſemiſſe.

Digere per dies decem, et cola.

## TINCTURA CROCI.

℞. Croci anglici unciam unam,

Spiritus vinoſi tenuioris uncias quindecim.

DIGERE per dies quinque, et per chartam cola.

## TINCTURA FERRI,
vulgo,
## TINCTURA MARTIS.

℞. Squamarum ferri purificatarum, et in pulverem tritarum, uncias tres,

Acidi muriatici, quantum ſufficiat ad ſolvendum pulverem.

DI-

Digere leni calore, et, ſoluto pulvere, adde

Spiritus vinoſi rectificati, quantum ſufficiat, ut ſint totius liquoris libræ duæ cum ſemiſſe.

## TINCTURA GUAJACI,
vulgo,
## ELIXIR GUAJACINUM.

℞. Gummi guajaci libram unam,

Spiritus vinoſi rectificati libras duas cum ſemiſſe.

Digere per dies decem, et cola.

## TINCTURA GUAJACI AMMONIATA,
vulgo,
## ELIXIR GUAJACINUM VOLATILE.

℞. Gummi guajaci uncias quatuor,

Olei ſtillatitii ſaſſafras drachmam dimidiam,

Spiritus ammoniæ libram unam cum ſemiſſe.

Macera per dies ſex, in phiala clauſa, et cola.

## TINCTURA JALAPPÆ.

℞. Radicis jalappæ uncias tres,

Spiritus vinoſi tenuioris uncias quindecim.

Digere per dies octo, et cola.

TINC-

## TINCTURA KINO.

℞. Gummi kino uncias duas,

Spiritus vinoſi tenuioris libram unam cum ſemiſſe.

Digere per dies octo, et cola.

## TINCTURA MELAMPODII, ſive, HELLEBORI NIGRI.

℞. Radicis melampodii uncias quatuor,

Coccinellæ drachmam dimidiam,

Spiritus vinoſi tenuioris libras duas cum ſemiſſe.

Digere per dies octo, et per chartam, cola.

## TINCTURA MOSCHI.

℞. Moſchi drachmas duas,

Spiritus vinoſi rectificati libram unam,

Digere per dies decem, et cola.

## TINCTURA MYRRHÆ.

℞. Myrrhæ uncias tres,

Spiritus vinoſi rectificati libras duas cum ſemiſſe.

Digere per dies decem, et cola.

## TINCTURA OPII, ſive THEBAICA, vulgo, LAUDANUM LIQUIDUM.

℞. Opii purificati uncias duas,

Spiritus vinoſi tenuioris libras duas.

Digere per dies quatuor, et per chartam cola.

## TINCTURA OPII AMMONIATA, vulgo, ELIXIR PAREGORICUM.

℞. Acidi benzoici,

Croci anglici, ſingulorum drachmas tres,

Opii drachmas duas,

Olei ſtillatitii aniſi drachmam dimidiam,

Spiritus ammoniæ uncias ſexdecim.

Digere per quatuor dies in phiala clauſa, et cola.

## TINCTURA RHEI.

℞. Radicis rhei uncias tres,

Seminum cardamomi minoris unciam dimidiam,

Spiritus vinoſi tenuioris libras duas cum ſemiſſe.

Digere per dies ſeptem, et cola.

## TINCTURA RHEI DULCIS.

Fit ſi tincturæ rhei colatæ addantur

Sacchari cryſtallini unciæ quatuor.

TINC-

## TINCTURA RHEI AMARA.

℞. Radicis rhei uncias duas,

Radicis gentianæ unciam dimidiam,

Radicis ſerpentariæ virginianæ drachmam unam,

Spiritus vinoſi tenuioris libras duas cum ſemiſſe.

Digere per dies ſeptem, et cola.

## TINCTURA RHEI cum ALOE, vulgo, ELIXIR SACRUM.

℞. Radicis rhei drachmas decem,

Aloes ſocotorinæ drachmas ſex,

Seminum cardamomi minoris unciam dimidiam,

Spiritus vinoſi tenuioris libras duas cum ſemiſſe.

Digere per dies ſeptem, et cola.

TINC-

## TINCTURA SENNÆ COMPOSITA,
vulgo,
## ELIXIR SALUTIS.

℞. Foliorum ſennæ uncias duas,

Radicis jalappæ unciam unam,

Seminum coriandri unciam dimidiam,

Spiritus vinoſi tenuioris libras tres cum ſemiſſe.

Digere per dies ſeptem, et tincturæ colatæ adde ſacchari cryſtallini uncias quatuor.

## TINCTURA SERPENTARIÆ.

℞. Radicis ſerpentariæ virginianæ uncias duas,

Coccinellæ drachmam unam,

Spiritus vinoſi tenuioris libras duas cum ſemiſſe.

Digere per dies quatuor, et cola.

TINC-

## TINCTURA TOLUTANA.

℞. Balſami tolutani unciam unam cum ſemiſſe,

Spiritus vinoſi rectificati libram unam.

Digere donec ſolvatur balſamum et cola.

## TINCTURA VALERIANÆ AMMONIATA, vulgo, TINCTURA VALERIANÆ VOLATILIS.

℞. Radicis valerianæ ſilveſtris uncias duas,

Spiritus ammoniæ libram unam.

Macera per ſex dies in phiala clauſa, et cola.

TINC-

## TINCTURA VERATRI,
ſive,
## HELLEBORI ALBI.

℞. Radicis veratri uncias octo,

Spiritus vinoſi tenuioris libras duas cum ſemiſſe.

Digere per dies decem, et per chartam cola.

## SPIRITUS VINOSUS CAMPHORATUS.

℞. Camphoræ unciam unam,

Spiritus vinoſi rectificati libram unam.

Misce ut ſolvatur camphora.

Fit quoque cum camphora duplice, triplice, *&c.*

## LINIMENTUM OPIATUM
## ſive ANODYNUM,
vulgo,
## BALSAMUM ANODYNUM.

℞. Opii unciam unam,

Saponis albi hiſpani uncias quatuor,

Camphoræ uncias duas,

Olei ſtillatitii roriſmarini unciam dimidiam,

Spiritus vinoſi rectificati libras duas.

Digere opium et ſaponem in ſpiritu triduum; dein liquori colato adjice camphoram et oleum, diligenter agitans.

LINI-

## LINIMENTUM SAPONACEUM,
vulgo,
## BALSAMUM SAPONACEUM.

Omisso ſolum opio, fit ex iiſdem medicamentis et eodem modo quo LINIMENTUM ANODYNUM.

EXTRAC-

# EXTRACTA.

## EXTRACTUM GENTIANÆ

℞. Radicis gentianæ quantum velis.

Concisæ et contuſæ affunde aquæ octuplum. Decoque ad dimidium, et valide exprimens, cola. Decoctum illico vaporet, in vaſis aquæ ferventis vapore calefactis, ad mellis craſſioris ſpiſſitudinem.

In hoc, et in omni extracto parando, circa finem aſſidua agitatione opus eſt, ut evitetur empyreuma, et ut ſit extractum uniforme et ſine grumis.

Eodem modo parantur

EXTRACTA

Radicis glycyrrhizæ.

melampodii, ſive hellebori nigri.

Folio-

FOLIORUM PULSATILLÆ NIGRICANTIS.

RUTÆ.

SENNÆ.

FLORUM CHAMÆMELI.

CAPITUM PAPAVERIS ALBI.

## EXTRACTUM JALAPPÆ.

℞. Radicis jalappæ libram unam,

Spiritus vinoſi rectificati libras quatuor.

DIGERE per dies quatuor, et effunde tincturam. Magma reſiduum coque ex aquæ libris decem ad libras duas; decoctum dein cola, et vapora ad mellis liquidioris ſpiſſitudinem. Spiritum e tinctura, deſtillatione abſtrahe, donec ſimiliter ſpiſſeſcat. Tum liquores ſic inſpiſſatos permiſce, et aſſidue agitans, vapora ad idoneam craſſitudinem.

EODEM

Eodem modo parantur

EXTRACTUM CORTICIS PERUVIANI ſive CINCHONÆ,

et,

EXTRACTUM LIGNI CAMPECHENSIS,

ſive

HÆMATOXYLI.

# AQUÆ STILLATITIÆ.

## AQUA DESTILLATA.

Aqua fontana vel putealis deſtilletur vaſis mundiſſimis, donec ejus duo circiter trientes ſtillaverint.

## AQUA SEMINUM ANETHI.

℞. Seminum anethi libram unam.

Affundatur aquæ tantum ut cum deſtillatione elicitæ fuerint libræ decem, ſuperſit quantum ſufficiat ad evitandum empyreuma. Poſt macerationem debitam deſtillentur libræ decem.

Eodem modo parantur aquæ ſtillatitiæ libræ decem ex

Corticis cinnamomi libra una,

Corticis cassiæ ligneæ libra una,

Menthæ piperitidis florentis libris tribus,

Menthæ sativæ florentis libris tribus,

Pulegii florentis libris tribus,

Fructus pimentæ libra dimidia,

Petalorum rosarum pallidarum recentium libris ſex,

Corticis limonum recentium libris duabus,

Corticis aurantiorum hispalensium recentium libris duabus.

Singulis harum aquarum libris adde

Spiritus vinoſi tenuioris unciam dimidiam.

# SPIRITUS STILLATITII.

## SPIRITUS CARVI,
vulgo,
## AQUA CARVI SPIRITUOSA.

℞. Seminum carvi libram dimidiam,

Spiritus vinoſi tenuioris libras novem.

MACERA biduum in vaſe clauſo; dein affundatur aquæ quantum ſufficiat ad evitandum empyreuma, et deſtillatione eliciantur libræ novem.

EODEM modo parantur ſpiritus ſtillatitii libræ novem ex

CORTICIS CINNAMOMI libra una,

MENTHÆ PIPERITIDIS FLORENTIS libra una cum ſemiſſe,

NUCIS

Nucis moschatæ bene contritæ unciis duabus,

Fructus pimentæ libra dimidia.

## SPIRITUS JUNIPERI COMPOSITUS,

vulgo,

## AQUA JUNIPERI COMPOSITA.

℞. Baccarum juniperi bene contuſarum libram unam,

Seminum carvi,

fœniculi dulcis, utriuſque unciam unam cum ſemiſſe,

Spiritus vinoſi tenuioris libras novem.

Macera biduum; et addito aquæ quantum ſufficiat ad evitandum empyreuma, deſtillatione eliciantur libræ novem.

## SPIRITUS LAVENDULÆ SIMPLEX.

℞. Spicarum florentium lavendulæ recentium libras duas,

Spiritus vinoſi rectificati libras octo.

Per deſtillationem calore aquæ bullientis eliciantur libræ ſeptem.

## SPIRITUS LAVENDULÆ COMPOSITUS.

℞. Spiritus lavendulæ ſimplicis libras tres,

roriſmarini libram unam,

Corticis cinnamomi unciam unam,

Fructus caryophyllorum aromaticorum drachmas duas,

Nucis moſchatæ unciam dimidiam,

Ligni ſantali rubri drachmas tres.

Macera per dies ſeptem, et cola.

SPI-

## SPIRITUS RORISMARINI.

℞. Summitatum florentium roriſmarini recentium libras duas,

Spiritus vinoſi rectificati libras octo.

Per deſtillationem calore aquæ bullientis eliciantur libræ ſeptem.

# OLEA STILLATITIA.

## OLEA ESSENTIALIA,

HERBÆ MENTHÆ SATIVÆ,

MENTHÆ PIPERITIDIS,

SABINÆ,

SUMMITATUM RORISMARINI,

SPICARUM FLORENTIUM LAVENDULÆ,

SEMINUM ANISI,

BACCARUM JUNIPERI,

RADICIS SASSAFRAS,

FRUCTUS PIMENTÆ.

Eodem fere modo parantur ac aquæ ſtillatitiæ, niſi quod hic aqua parcius adjicienda eſt. Semina et lignoſa prius contundenda aut radenda ſunt. Oleum cum aqua

aqua elicitur, et, prout levius aut gravius fuerit, vel hujus ſuperficiei innatat, vel fundum petit, poſtea ſeparandum.

Porro, notandum eſt de aquis et oleis hiſce ſtillatitiis parandis, quod multa hic adeo varia contingere neceſſe eſt, pro rerum bonitate, compage, anni tempeſtate, et ſimilibus, ut norma certa et generalis, quæ unicuique exemplo ſtrictius conveniat, vix poſſit præſcribi; quocirca, omiſſis multis, ipſius opificis judicio variandis, præcepta tantum maxime generalia traduntur.

## OLEUM E CORNUBUS RECTIFICATUM,
ſive,
## OLEUM ANIMALE.

℞. Olei empyreumatici e cornubus animalium deſtillati recenter, quantum velis.

Desti-

Destillet ex matracio, capitello inſtructo, igne leni, quamdiu prodit oleum tenue coloris expers, quod ope aquæ, ab ammonia inhærente, purgetur. Ut limpidum et ſincerum reſtet hoc oleum, in phialis parvis omnino repletis et inverſis ſervari debet, cuique vaſculo prius inſtillatis aliquot aquæ guttis, ut inverſo vaſculo, hæc inter oleum et vaſis obturaculum interjaceat.

## OLEUM et SAL SUCCINI.

℞. Succini in pulverem triti,

Arenæ puræ, partes æquales.

Commixta immitte retortæ vitreæ cujus dimidium impleant. Adaptato excipulo amplo, fiat deſtillatio ex arena, igne gradatim aucto. Primo liquor aquoſus cum paululo olei flavi, dein oleum flavum cum ſale,

ſale, poſtea oleum ſubrubrum et nigrum deſtillabit. Liquor ex excipulo effundatur, et oleum ab aqua ſeparetur. Sal a retortæ collo et excipuli lateribus collectus, inter plicas chartæ emporeticæ, comprimatur, ut ab oleo adhærente liberetur; dein ſolutione in aqua calida et cryſtallizatione fiat purus.

## OLEUM SUCCINI RECTIFICATUM,

ſive,

## PURISSIMUM.

Oleum e retorta vitrea, aquæ ſextuplo addito, deſtillet, donec aquæ duo trientes in excipulum tranſierint. Dein oleum rectificatum ab aqua ſeparetur, et in vaſis bene obturatis ſervetur.

OLEUM

## OLEUM TEREBINTHINÆ RECTIFICATUM,
ſive,
## PURISSIMUM.

℞. Olei Terebinthinæ libram unam,

Aquæ libras quatuor.

Fiat deſtillatio quamdiu prodit oleum.

OLEOSA.

# OLEOSA.

## OLEUM CAMPHORATUM.

℞. Olei olivarum recentis uncias duas,

Camphoræ unciam dimidiam.

Misce ut ſolvatur camphora.

## OLEUM SULPHURATUM,
vulgo,
## BALSAMUM SULPHURIS CRASSUM.

℞. Olei olivarum uncias octo,

Florum ſulphuris unciam unam.

Coque leni igne, in vaſe amplo ferreo, aſſidue agitans, donec in unum coeant.

OLEUM

## OLEUM AMMONIATUM,
vulgo
## LINIMENTUM VOLATILE.

℞. Olei olivarum uncias duas,

Aquæ ammoniæ cauſticæ drachmas duas.

Misce ut in unum coeant.

# SALES ET SALINA.

## ACETUM DESTILLATUM.

In vaſis vitreis, leni igne, deſtillent aceti libræ octo. Libræ duæ primum prodeuntes, utpote nimis aquoſæ, rejiciendæ ſunt; quæ ſequuntur libræ quatuor erunt acetum deſtillatum. Reliquum fundit acidum fortius, ſed igne nimis exuſtum.

## ACIDUM MURIATICUM,
vulgo,
## SPIRITUS SALIS MARINI

℞. Muriæ libras duas,

Acidi vitriolici,

Aquæ utriuſque libram unam.

Muria primum ollæ imponatur, et rubeſcat ab igne, ut ſordes oleoſæ urantur; tum retortæ immittatur. Dein acidum cum aqua permiſce, et miſturam poſtquam refrixerit, muriæ affunde. Tandem deſtillet ex arena, igni mediocri, quamdiu prodit acidum.

Hujus pondus ſpecificum eſt ad pondus aquæ deſtillatæ, ut 1170 ad 1000.

## ACIDUM NITROSUM,
vulgo,
## SPIRITUS NITRI.

℞. Nitri puriſſimi contuſi libras duas,
Acidi vitriolici libram unam.

Nitro retortæ vitreæ indito affunde acidum, dein fiat deſtillatio ex arena igne ſenſim aucto, donec olla ferrea obſcure rubeat.

Hujus

Hujus pondus ſpecificum eſt ad pondus aquæ deſtillatæ, ut 1550 ad 1000.

## ACIDUM NITROSUM DILUTUM.

℞. Acidi nitroſi,

Aquæ, pondera paria.

Misce, a vaporibus noxiis cavens.

## SPIRITUS ÆTHERIS NITROSI,
vulgo,
## SPIRITUS NITRI DULCIS

℞. Spiritus vinoſi rectificati libras tres,

Acidi nitroſi libram unam.

Infunde ſpiritum phialæ amplæ, in vaſe aqua frigida pleno poſitæ, et paulatim adde, aſſidue agitans, acidum. Obturetur levius phiala, et in loco frigidiuſculo repo-

natur per dies ſeptem; dein deſtillet liquor calore aquæ ferventis, in excipulum aqua vel nive refrigeratum, quamdiu prodibit ſpiritus.

ACIDUM VITRIOLICUM DILUTUM,
vulgo,
SPIRITUS VITRIOLI TENUIS.

℞. Acidi vitriolici partem unam,

Aquæ partes ſeptem.

Misce.

ACIDUM VITRIOLI AROMATICUM,
vulgo,
ELIXIR VITRIOLI ACIDUM.

℞. Spiritus vinoſi rectificati libras duas,

Acidi vitriolici uncias ſex.

Instilla acidum ſpiritui paulatim. Miſturam

ſturam digere calore leniſſimo, in vaſe clauſo, per triduum; dein adde

Corticis cinnamomi unciam unam cum ſemiſſe,

Radicis zingiberis unciam unam.

Digere rurſus in vaſe clauſo per ſex dies; dein per chartam infundibulo vitreo impoſitam, cola.

## ÆTHER VITRIOLICUS.

℞. Spiritus vinoſi rectificati,

Acidi vitriolici, utriuſque uncias triginta duas.

Indatur ſpiritus retortæ vitreæ, calori ſubitaneo ferendo aptæ, dein huic affunde uno rivo acidum. Miſce paulatim, mediocriter et crebro agitans; protinus tunc fiat deſtillatio ex arena, prius ad hoc opus calefacta, in excipulum aqua vel nive refrigeratum. Ignis autem ita rega-

tur, ut quamprimum ebulliat liquor, et ebullire pergat donec deſtillaverint unciæ ſexdecim; tum retorta ex arena amoveatur.

Liquori deſtillato adde cauſtici communis acerrimi drachmas duas; dein deſtillet iterum ex retorta præalta, igne leniſſimo, in excipulum refrigeratum, donec deſtillaverint unciæ decem.

Acido in retorta poſt primam deſtillationem reſiduo ſi affundantur ſpiritus vini rectificati unciæ ſexdecim et iteretur deſtillatio, denuo prodibit Æther. Hocque ſæpius fieri poteſt.

## SPIRITUS ÆTHERIS VITRIOLICI, vulgo, SPIRITUS VITRIOLI DULCIS.

℞. Ætheris vitriolici partem unam,

Spiritus vinoſi rectificati partes duas.

Misce.

ACI-

## SPIRITUS ÆTHERIS VITRIOLICI AROMATICUS,

vulgo,

## ELIXIR VITRIOLI DULCE.

Fit ex iiſdem aromatis et eodem modo quo tinctura aromatica, niſi quod loco ſpiritus vinoſi tenuioris adhibetur ſpiritus ætheris vitriolici.

## ACIDUM BENZOICUM,

vulgo,

## FLORES BENZOINI.

℞. Benzoini triti quantum velis.

Indatur in ollam figulinam; cui, adaptato prius oræ ejus cucullo chartaceo amplo, ſubjice lenem ignem ut flores ſublimentur. Si oleo inquinati ſint, ſolutione in aqua calida et cryſtallizatione purificentur.

## AMMONIA PRÆPARATA,
vulgo,
## SAL AMMONIACUS VOLATILIS.

* ℞. Salis ammoniaci libram unam,

Cretæ puriſſimæ ſicciſſimæ libras duas.

Misce bene, et ſublima ex retorta in excipulum refrigeratum.

## AQUA AMMONIÆ,
vulgo,
## SPIRITUS SALIS AMMONIACI.

℞. Salis ammoniaci,

Lixivæ purificatæ, utriuſque uncias ſexdecim,

Aquæ libras duas.

Salibus miſtis, et retortæ vitreæ inditis, affunde aquam; dein fiat deſtillatio ex arena, igne ſenſim aucto, ad ſiccitatem.

AQUA

## AQUA AMMONIÆ CAUSTICÆ,
vulgo,
## SPIRITUS SALIS AMMONIACI CUM CALCE VIVA.

℞. Salis ammoniaci uncias ſexdecim,

Calcis vivæ recens combuſtæ libras duas,

Aquæ libras ſex.

Aquæ libræ uni in vas ferreum vel figulinum infuſæ, adjice calcem contritam; et vas operito per horas viginti quatuor, dum calx in pollen dilabatur, quod retortæ immitte. Huic adde ſalem ammoniacum in aquæ libris quinque ſolutum. Tum, occluſo retortæ ore, agitando permiſce. Denique fiat deſtillatio igne leniſſimo, adeo ut operantis manus retortæ admota calorem ejus facile perferre queat, in excipulum refrigeratum, donec deſtillaverint unciæ

viginti. In hac deſtillatione vaſa ita conglutinanda ſunt, ut vapores ſubtiliſſimi penitus cohibeantur.

## SPIRITUS AMMONIÆ,
vulgo,
## SPIRITUS SALIS AMMONIACI VINOSUS.

℞. Spiritus vinoſi tenuioris libras quatuor,

Salis ammoniaci uncias quatuor,

Lixivæ purificatæ uncias ſex.

Misce et per deſtillationem, lento igne, eliciantur libræ duæ.

SPIRI-

## SPIRITUS AMMONIÆ AROMATICUS,

vulgo,

## SPIRITUS SALINUS AROMATICUS.

℞. Spiritus ammoniæ uncias octo,

Olei ſtillatitii roriſmarini drachmam unam cum ſemiſſe,

corticis limonum drachmam unam.

Misce ut ſolvantur olea.

## SPIRITUS AMMONIÆ FŒTIDUS,

vulgo,

## SPIRITUS VOLATILIS FŒTIDUS.

℞. Spiritus ammoniæ uncias octo,

Aſæ fœtidæ unciam dimidiam.

Di-

Digere in vaſe clauſo per horas duodecim, dein deſtillent calore aquæ ferventis unciæ octo.

## LIXIVA E TARTARO,
vulgo,
## SAL TARTARI.

℞. Tartari quantum velis.

Chartæ bibulæ madefactæ involutum, vel crucibulo inditum, circumjectis prunis, in carbonem comburatur; qui dein contritus, in crucibulo aperto calcinetur, igne mediocri, cura adhibita ne liqueſcat, uſque dum albus vel ſaltem cinereus fiat. Tum in aqua calida ſolvatur; per linteum coletur liquor, et in vaſe ferreo mundo exhalet, ſub finem aſſidue agitatus cochleari ferreo, ne materia fundo vaſis adhæreſcat. Sal albiſſimus reſtabit, qui paulo diutius ſuper ignem relinquendus eſt,

donec

donec vaſis fundus fere rubeſcat. Poſtremo refrigeratus in vitris bene obturatis reponatur.

## LIXIVA PURIFICATA,

vulgo,

## SAL ALCALINUS FIXUS VEGETABILIS PURIFICATUS.

Lixiva impura, quæ Anglice *Pearl-aſhes* vocatur, crucibulo indita, rubeſcat ab igne, ut ſordes oleoſæ, ſi quæ adſint, urantur; dein contrita, cum pari aquæ pondere, agitando, bene miſceatur. Liquorem, poſtquam fæces ſubſederint, in ollam ferream mundiſſimam effunde, et decoque ad ſiccitatem, circa finem aſſidue agitans ſalem, ne vaſi adhæreat.

Sal hicce, ſi rite purificatus fuerit, quamvis ſicciſſimus, cum pari aquæ pondere contritus, in liquorem, coloris odoriſque expertem, ſolvi poteſt.

## AQUA LIXIVIA CAUSTICA
vulgo,
## LIXIVIUM CAUSTICUM

℞. Calcis vivæ recentis uncias octo,

Lixivæ purificatæ uncias ſex.

Injiciatur calx in vas ferreum vel figulinum, cum aquæ calidæ unciis viginti octo. Ebullitione et calcis extinctione omnino peractis, protinus adde lixivam; hiſque bene permiſtis, vas operiatur dum frigeſcat. Frigefactam materiam agita, et effunde

ſunde in infundibulum vitreum, cujus guttur linteolo puro obſtructum ſit. Infundibuli os ſuperius operiatur dum tubus alteri vaſi vitreo inſeratur, ut aqua lixivia per linteolum in vas ſuppoſitum ſenſim ſtillet. Cum primum ſtillare deſierit, affunde in infundibulum aquæ uncias aliquot, ſed caute, ut ea materiam ſupernatet. Incipiet iterum ſtillare aqua lixivia. Sic autem iteranda eſt aquæ affuſio, donec ſtillaverint libræ tres quod bidui vel tridui ſpatio fiet; dein liquoris partes ſuperiores cum inferioribus agitans, miſce, et in vaſe bene obturato ſerva.

Aqua lixivia rite parata coloris et odoris expers erit; nec cum acidis effervescentiam ullam niſi forſitan leviſſimam excitabit. Color et odor ſalem non ſatis calcinatum, effervescentia calcem non fuiſſe bonam indicant.

CAU-

## CAUSTICUM COMMUNE ACERRIMUM.

℞. Aquæ lixiviæ cauſticæ quantum velis.

In vaſe ferreo mundiſſimo operto vaporet donec ebullitione finita, materies ſalina tranquille fluat, inſtar olei, quod fit antequam vas igne rubeſcat. Ita liquefactum effundatur cauſticum ſuper laminam ferream nitidam: in maſſulas ſecetur antequam dureſcat, et illico in phialam bene obturandam reponatur.

## CAUSTICUM COMMUNE MITIUS.

℞. Aquæ lixiviæ cauſticæ quantum velis.

Vaporet ad tertiam partem, in vaſe ferreo operto, dein admiſceatur calcis vivæ recens extinctæ quantum ſufficiat ad pultis ſolidioris craſſitudinem dandam, quæ in vaſe obturato ſervetur.

## SODA PURIFICATA,

vulgo,

## SAL ALCALINUS FIXUS FOSSILIS PURIFICATUS.

℞. Cinerum kali ſpinoſi vel barillæ, quantum vis.

Contunde, tum coque ex aqua, donec omnis ſal aqua diluatur. Hæc dein per chartam coletur, et in vaſe ferreo vaporet, ut poſt refrigerationem concreſcant cryſtalli.

## AQUA AMMONIÆ ACETATÆ,
vulgo,
## SPIRITUS MINDERERI.

℞. Ammoniæ præparatæ tritæ quantum velis.

Affunde aceti deſtillati quantum ſatis ſit ad ammoniam accurate ſaturandam.

## LIXIVA ACETATA,
vulgo,
## TARTARUM REGENERATUM.

. Lixivæ e tartaro libram unam.

Coquatur

Coquatur leniſſimo igne in aceti deſtillati quadruplo vel quintuplo; ac plus aceti deſtillati diverſis vicibus adjiciatur, donec, prioris parte aquoſa fere vaporando diſſipata, novum acetum additum nullam moveat effervescentiam, quod fiet conſumptis aceti deſtillati libris pondere circiter viginti; poſtea lente exſiccetur. Sal impurus reſiduus leni igne aliquantiſper nec juſto diutius liqueſiat; dein aqua ſolvatur, et per chartam coletur. Si liquefactio rite peracta fuerit, liquor colatus limpidus erit; ſin minus, coloris fuſci. Poſtea leniſſimo igne vaporet hic liquor ex vaſe vitreo minime profundo, ſale dum areſcit ſubinde moto, ut citius ad ſiccitatem perducatur. Sal dein in vaſe optime clauſo aſſervari debet, ne aëre liqueſcat.

## LIXIVA VITRIOLATA,

vulgo,

## TARTARUM VITRIOLATUM.

℞. Acidi vitriolici, ſextuplo aquæ pondere diluti, quantum velis.

Infunde in vas vitreum amplum, et paulatim inſtilla lixivæ purificatæ ſextuplo aquæ pondere ſolutæ, quantum ſatis ſit ad acidum prorſus neutrum reddendum. Effervefcentia peracta, liquorem per chartam cola, et poſt idoneam exhalationem ſepone, ut cryſtalli formentur.

## LIXIVA VITRIOLATA SULPHUREA,

vulgo,

## SAL POLYCHRESTUS.

℞. Nitri in pulverem triti,

Florum ſulphuris, pondera æqualia.

Bene commiſta injiciantur paulatim in crucibulum igne rubens. Peracta deflagratione, frigeſcat ſal, et in vas vitreum bene obturandum reponatur.

Hic ſal purior fiet, ſi aqua calida ſolutus, per chartam coletur, et demum in cryſtallos redigatur.

## LIXIVA TARTARISATA, vulgo, TARTARUM SOLUBILE.

℞. Lixivæ purificatæ libram unam,

Aquæ libras quindecim.

Lixivæ in aqua bulliente ſolutæ, tartari cryſtallos in pulverem tenuem tritas paulatim adjice, quamdiu effervefcentiam excitant, quæ fere deſinit antequam triplum lixivæ pondus injectum fuerit; dein liquorem refrigeratum per chartam cola, et poſt idoneam exhalationem ſepone, ut cryſtalli formentur.

## SODA TARTARISATA,
vulgo,
## SAL RUPELLENSIS.

Paratur e ſoda purificata, et cryſtallis tartari, eodem modo ac lixiva tartariſata.

## SODA PHOSPHORATA.

℞. Oſſium ad albedinem crematorum, et in pulverem contuſorum libras decem,

Acidi vitriolici libras ſex,

Aquæ libras novem.

Pulverem in vaſe figulino cum acido vitriolico permiſce; dein adde aquam, iterumque permiſce; tunc vas in aquæ bullientis vapore fove per dies tres, quibus elapſis, materiam, aliis aquæ bullientis libris novem additis dilue, et per pannum linteum fortem cola, aquam fervidam paulatim ſuperinfundens, donec acidum omne eluatur. Liquorem colatum ſepone, ut fæces ſubſidant, a quibus effunde; dein vaporatione minue ad libras novem, quas ſepone, ut fæces iterum ſubſidant. Liquorem ſecundo a fæcibus effuſum, vaporatione iterum minue ad libras ſeptem, quas tertio a fæce liberatas, cola. Sic tandem habebis acidum phoſphoricum ſatis purum, cui calefacto in vaſe figulino, adde ſodam purificatam, ex aqua calida ſolutam, donec ceſſet efferveſcentia. Miſturam tum cola et ſepone, ut cryſtalli formentur, his exemptis, liquori, ſi opus ſit, adde paululum ſodæ, ut acidum accurate ſaturetur, et vaporatione ad cryſtallos iterum formandas diſpone, quamdiu hæ prodierint.

Crystalli in vaſe occluſo reponendæ ſunt.

## SODA VITRIOLATA,
vulgo,
## SAL GLAUBERI.

Salem poſt deſtillationem acidi muriatici reſiduum ſolve in aqua, per chartam cola, et in cryſtallos redige.

## MAGNESIA ALBA.

℞. Magneſiæ vitriolatæ,

Lixivæ purificatæ, pondera æqualia.

Separatim aquæ calidæ duplo ſolvantur, et vel colentur, vel aliter a fæcibus purificentur;

purificentur; dein miſceantur, et protinus adjiciatur aquæ ferventis octuplum. Bulliat liquor pauliſper ſuper ignem, et ſimul agitetur; tum quieſcat donec calor paululum imminuatur, deinde coletur per linteum, ſuper quod reſtabit magneſia, quæ aqua pura abluatur donec prorſus inſulſa ſit.

## MAGNESIA USTA.

Magnesia alba crucibulo indita, igne rubeſcat per horas duas; dein in vaſis vitreis obturatis ſervetur.

ME-

# METALLICA.

## ARGENTUM NITRATUM,
vulgo,
## CAUSTICUM LUNARE.

℞. Argenti puriſſimi in laminas extenſi et conſciſſi uncias quatuor,

Acidi nitroſi diluti uncias octo,

Aquæ deſtillatæ uncias quatuor.

Solvatur argentum in phiala, leni calore, et vaporet ſolutio ad ſiccitatem. Tum maſſa crucibulo amplo indita imponatur igni, qui primo lenis, ſenſim augeatur, donec maſſa fluat inſtar olei; dein effundatur in fiſtulas ferreas calefactas, et ſebo inunctas; denique in vaſe vitreo optime clauſo reponatur.

## CERUSSA ACETATA,
vulgo,
## SACCHARUM SATURNI.

℞. Ceruſſæ quantum velis,

Inde cucurbitæ et affunde

Aceti deſtillati decuplum.

Stet miſtum ſuper arenam calidam donec acetum dulceſcat, hoc dein ſeparetur; novumque toties affundatur donec dulceſcere deſinat. Tum liquor omnis defæcatus vaporet in vaſe vitreo ad ſpiſſitudinem mellis liquidioris, et in loco frigido ſeponatur, ut concreſcant cryſtalli, in umbra ſiccandæ. Liquor reſiduus denuo exhalet, ut novæ formentur cryſtalli; totieſque iteretur vaporatio donec nullæ amplius concreſcant.

## CUPRUM AMMONIACUM.

℞. Cupri vitriolati puriſſimi partes duas,

Ammoniæ præparatæ partes tres.

Diligenter ſubige in mortario vitreo, donec, finita omni efferveſcentia, placide coëant in maſſam violaceam, quæ, charta bibula obvoluta, primo ſuper lapidem cretaceum, dein leni calore exſiccata, in vaſe vitreo bene obturato ſervetur.

## AQUA ÆRUGINIS AMMONIATÆ, vulgo, AQUA SAPPHIRINA.

℞. Aquæ calcis recentis uncias octo,

Salis ammoniaci ſcrupulos duos,

Æruginis tritæ grana quatuor.

Misce

Misce, et poſt horas viginti quatuor cola.

## AQUA CUPRI VITRIOLATI COMPOSITA,

vulgo,

## AQUA STYPTICA.

℞. Cupri vitriolati,

Aluminis, ſingulorum uncias tres,

Aquæ libras duas,

Acidi vitriolici unciam unam cum ſemiſſe.

Sales in aqua coque ut ſolvantur, dein liquori per chartam colato adde acidum.

FER-

## FERRUM VITRIOLATUM,
vulgo,
## SAL CHALYBIS.

℞. Limaturæ ferri purificatæ uncias ſex,

Acidi vitriolici uncias octo,

Aquæ libras duas cum ſemiſſe.

Misce, et peracta efferveſcentia, digere miſturam aliquamdiu ſuper arenam calidam; deinde liquorem effuſum per chartam cola, et poſt idoneam exhalationem ſepone, ut cryſtalli formentur.

## FERRUM VITRIOLATUM EXSICCATUM,
vulgo,
## VITRIOLUM CALCINATUM.

℞. Ferri vitriolati quantum velis.

In

In vaſe fictili, non vitreato, calcinetur igne modico donec albeſcat, et ſicciſſimum fiat.

## FERRUM VITRIOLATUM USTUM,
vulgo,
## COLCOTHAR VITRIOLI.

Ferrum vitriolatum exſiccatum urgeatur igne vehementi donec tranſierit in materiam ruberrimam.

## FERRUM AMMONIATUM,
vulgo,
## FLORES MARTIALES.

℞. Ferri vitriolati uſti, loti, et iterum exſiccati,

Salis ammoniaci, pondera paria.

Bene permiſta ſublimentur.

ZIN-

## ZINCUM USTUM,
vulgo,
## FLORES ZINCI.

Crucibulum amplum in furno prunis inſtructo ita collocetur, ut ejus oſtium verſus paulo inclinet, et, cum vaſis fundus mediocriter canduerit, injiciatur zinci fruſtulum pondere circiter unius drachmæ. Zincum brevi accendetur, et ſimul in floccos albos convertetur, qui ſubinde a metalli ſuperficie ſpatula ferrea retrahendi ſunt, ut combuſtio ejus perfectius abſolvatur; et tandem, ceſſante flamma, zincum uſtum e crucibulo auferendum eſt. Alio zinci fruſtulo tunc projecto, operatio iteretur, et quoties opus fuerit, repetatur. Zincum uſtum deinde præparetur ut antimonium.

## ZINCUM VITRIOLATUM,
vulgo,
## VITRIOLUM ALBUM.

℞. Zinci in fruſtula diſciſſi uncias tres,

Acidi vitriolici uncias quinque,

Aquæ uncias viginti.

Acido et aquæ commiſtis adjice zincum, et, finita ebullitione, liquorem cola; dein, poſt idoneam exhalationem, ſepone in loco frigido, ut cryſtalli formentur.

## AQUA ZINCI VITRIOLATI,
vulgo,
## AQUA VITRIOLICA.

℞. Zinci vitriolati grana ſexdecim,

Aquæ uncias octo,

Acidi vitriolici diluti guttas ſexdecim.

Solve

Solve vitriolum in aqua; dein addito acido, per chartam cola.

## HYDRARGYRUS SULPHURATUS NIGER,

vulgo,

## ÆTHIOPS MINERALIS.

℞. Hydrargyri,

Florum ſulphuris, pondera æqualia.

Terantur in mortario vitreo vel lapideo, piſtillo vitreo, donec globuli hydrargyri viſum penitus effugerint.

Fit quoque cum duplice hydrargyro.

## HYDRARGYRUS ACETATUS.

℞. Hydrargyri,

Acidi nitroſi diluti ſingulorum libram dimidiam,

Lixivæ acetatæ uncias tres,

Aquæ tepidæ libras duas cum ſemiſſe.

Hydrargyrum cum acido nitroſo diluto miſce in vaſe vitreo, et leni calore digere per horas quatuor et viginti, ut ſolvatur hydrargyrus. Hydrargyrum nitratum ita præparatum effunde in lixivam acetatam, aqua tepida (90°) prius ſolutam, ut fiat hydrargyrus acetatus; hunc aqua frigida primum lava, deinde aqua fervente quæ ſatis ſit, ſolve. Liquorem per chartam cola, et ſepone ut fiant cryſtalli.

HY-

## HYDRARGYRUS MURIATUS CORROSIVUS,

vulgo,

## MERCURIUS SUBLIMATUS CORROSIVUS.

℞. Hydrargyri,

Acidi nitroſi diluti, utriuſque uncias quatuor,

Muriæ exſiccatæ,

Ferri vitriolati exſiccati, utriuſque uncias quinque.

Solvatur hydrargyrus in acido nitroſo, et vaporet ſolutio in maſſam albam penitus ſiccam; dein adde muriam et ferrum vitriolatum. Bene contrita et commixta indantur phialæ, quam fere dimidiam impleant; et ex arena, primum igne leni, poſtea ſenſim aucto, ſublimentur.

## HYDRARGYRUS MURIATUS MITIS,
vulgo,
## CALOMELAS ſive MERCURIUS DULCIS.

℞. Hydrargyri muriati corroſivi, in mortario vitreo triti, uncias quatuor,

Hydrargyri uncias tres cum ſemiſſe.

Terantur ſimul in mortario vitreo ad extinctionem hydrargyri; pulviſque phialæ oblongæ, cujus tertiam tantum impleat partem, inditus, ex arena calida ſublimetur. Sublimatione peracta confractaque phiala, pulvis rubens circa fundum et albicans circa collum ejus pariter rejiciendus eſt, maſſa vero reliqua ter quaterve denuo ſublimanda, et in pulverem tenuiſſimum terenda.

## HYDRARGYRUS MURIATUS PRÆCIPITATUS.

℞. Acidi nitroſi diluti uncias octo,

Hydrargyri uncias octo vel paulo plus.

Infunde in phialam chemicam quam laxe obturatam ſepone, vapores cavens. Poſt horam unam vas in arenam calidam transfer, quæ ſenſim magis incaleſcat per horas quatuor, donec tandem leniter ebulliat miſtura, per horæ quadrantem, vaſe interea ſæpius agitato. Oportet autem paulo plus hydrargyri admiſcuiſſe acido quam hoc diſſolvere poſſit, ut miſtura penitus ſaturata tandem obtineatur. Hanc miſturam adhuc calidam infunde in aquæ bullientis libras octo, in quibus unciæ quatuor cum ſemiſſe muriæ dilutæ fuerint, omnia ſimul celeriter permiſcens. Poſt ſubſidentiam effunde aquam ſalinam, et lava hydrargyrum muriatum aqua ca-

lida ſæpius addita, totieſque poſt ſubſidentiam effuſa, donec ſapore careat.

## HYDRARGYRUS NITRATUS RUBER,

vulgo,

## MERCURIUS PRÆCIPITATUS RUBER.

℞. Hydrargyri,

Acidi nitroſi diluti, utriuſque libram unam.

Solvatur hydrargyrus, lentoque igne vaporet ſolutio in maſſam albam ſiccam; quæ in pulverem contrita, et cucurbitæ vitreæ indita, torreatur igne, ſenſim aucto, materia aſſidue bacillo vitreo agitata ut æqualiter incaleſcat, donec ejus pauxillum, cochleari vitreo exemptum et refrigeratum, ſquamulas ſplendentes rubras exhibeat. Tum vas ab igne removeatur.

## HYDRARGYRUS PRÆCIPITATUS CINEREUS,
vulgo,
## PULVIS MERCURII CINEREUS.

℞. Hydrargyri,

Acidi nitroſi diluti, paria pondera.

Misce ut ſolvatur hydrargyrus, ſolutum aqua pura dilue, et adde aquæ ammoniæ quantum ſatis ſit ad hydrargyrum penitus ab acido liberandum; pulvis dein aqua pura lavetur et exſiccetur.

## HYDRARGYRUS VITRIOLATUS FLAVUS,
vulgo,
## TURPETHUM MINERALE.

℞. Hydrargyri uncias quatuor,

Acidi vitriolici uncias octo.

Indantur retortæ vitreæ, et fiat deſtillatio ex arena ad ſiccitatem. Calx alba, in fundo relicta, trita conjiciatur in aquam tepidam. Inde naſcetur illico pulvis flavus, quem crebris ablutionibus purificare oportet.

## CROCUS ANTIMONII,
vulgo,
## CROCUS METALLORUM.

℞. Antimonii,

Nitri, pondera paria.

Separatim trita, et bene commiſta, injiciantur paulatim in crucibulum candens. Peracta deflagratione, materia metallica rubeſcens a cruſta albicante ſeparetur, et teratur in pulverem, qui ſæpius abluatur aqua calida donec hæc inſipida maneat.

SUL-

## SULPHUR ANTIMONII PRÆCIPITATUM, vulgo, SULPHUR AURATUM ANTIMONII.

℞. Aquæ lixiviæ cauſticæ libras quatuor,

Aquæ libras tres,

Antimonii, in pulverem triti, libras duas.

Coque in olla ferrea operta, ſuper ignem lentum, per horas tres, ſæpe agitans ſpathula ferrea, et addens aquam prout opus fuerit. Liquorem calidum cola per linteum duplex, et colato inſtilla paulatim acidi vitriolici diluti, quantum ſatis ſit ad dejiciendum ſulphur, aqua calida diligenter abluendum.

ANTI-

## ANTIMONIUM MURIATUM,
vulgo,
## BUTYRUM ANTIMONII.

℞. Croci antimonii in pulverem triti,

Acidi vitriolici, ſingulorum libram unam,

Muriæ exſiccatæ libras duas.

Acidum vitriolicum retortæ infunde, paulatim addens muriam et crocum antimonii prius miſta; dein ſuper arenam calidam fiat deſtillatio. Materia deſtillata per aliquot dies aëri pateat, tum effundatur e fæcibus pars liquida.

## VITRUM ANTIMONII.

Antimonium in pulverem craſſum, arenæ inſtar, contritum, inſterne ſuper vas fictile, non vitreatum, parum profundum, ignemque ſuppone lenem, ut antimonium lente calefiat; pulverem interea aſſidue agitans, ne in grumos coeat. Vapores albi, ſulphur olentes, ex eo orientur. Cum hi, eodem ignis gradu, deficient, ignem auge aliquantum, ut iterum vapores exhalet; et ſic perge, donec pulvis igne tandem rubeſcens vapores non amplius exhalet. Pulvis ille crucibulo inditus liqueſcat igne violento, donec vitri liquefacti ſpeciem induat; dein effundatur ſuper laminam vel patinam æneam calefactam.

## VITRUM ANTIMONII CERATUM.

℞. Ceræ flavæ drachmam unam,

Vitri antimonii unciam unam.

Ceræ

Ceræ in vaſe ferreo liquefactæ injice vitrum antimonii in pulverem tritum, et torre igne leni per horæ quadrantis ſpatium, ſpathula aſſidue agitans; dein effunde materiam, quæ frigefacta teratur in pulverem.

## ANTIMONIUM USTUM CUM NITRO,

vulgo,

## CALX ANTIMONII NITRATA.

℞. Antimonii ad vitrum conficiendum torrefacti,

Nitri, pondera paria.

Commixta, et crucibulo indita, torreantur ita ut per horam rubeat materia; quæ demum, e crucibulo exempta, conteratur, et aqua calida ſæpius abluatur donec ſaporis expers ſit.

A N-

## ANTIMONIUM CALCAREO-PHOSPHORATUM, ſive, PULVIS ANTIMONIALIS.

℞. Antimonii, in pulverem craſſum triti, libras duas,

Scobis oſſium, vel eboris, vel cornu cervi, libras duas.

Misce et injice ollæ ferreæ latæ, igne rubenti, et aſſidue agita, donec in materiam coloris cinerei uratur, quam ab igne aufer, et in pulverem tere, et crucibulo loricato immitte; huic crucibulum aliud inverſum, cui parvum ſit in fundo foramen, luto conjunge, ignemque ſubminiſtra, quem ad calorem candentem ſenſim auge, et ita auctum ſerva per horas duas; denique materiam frigefactam in pulverem ſubtiliſſimum tere.

## ANTIMONIUM TARTARISATUM,
vulgo,
## TARTARUS EMETICUS.

℞. Antimonii muriati quantum vis,

Infunde in aquam fervidam, in qua,

Lixivæ purificatæ tantundem prius fuerit ſolutum, ut præcipitetur pulvis antimonialis, qui probe ablutus exſiccetur.

Dein aquæ libris quinque adde hujus pulveris drachmas novem, cryſtallorum tartari in pulverem tenuiſſimum tritorum uncias duas cum ſemiſſe, coque pauliſper donec ſolvantur pulveres. Liquor colatus lente vaporet in vaſe vitreo ad pelliculam, ut cryſtalli formentur.

PUL-

# PULVERES.

## PULVIS CRETACEUS.

℞. Cretæ albæ præparatæ uncias quatuor,

Nucis moſchatæ drachmam dimidiam,

Corticis cinnamomi drachmam unam cum ſemiſſe.

Misce, fiat pulvis.

## PULVIS AROMATICUS, vulgo, SPECIES AROMATICÆ.

℞. Corticis cinnamomi,

Seminum cardamomi minoris,

Radicis

Radicis zingiberis, ſingulorum uncias duas.

Misce, fiat pulvis, in vaſe vitreo bene obturato ſervandus.

## PULVIS JALAPPÆ COMPOSITUS.

℞. Radicis jalappæ unciam unam,

Cryſtallorum tartari uncias duas.

Misce, et diligenter aliquamdiu tere, ut fiat pulvis tenuiſſimus.

## PULVIS SCAMMONII COMPOSITUS.

℞. Scammonii,

Cryſtallorum tartari, utriuſque uncias duas.

Misce, et diligenter tere, ut fiat pulvis.

PUL-

## PULVIS ASARI COMPOSITUS,
vulgo,
## PULVIS STERNUTATORIUS.

℞. Foliorum aſari partes tres,

majoranæ,

Florum lavendulæ, utriuſque partem unam.

Misce, et tere in pulverem.

## PULVIS ALUMINIS COMPOSITUS,
vulgo,
## PULVIS STYPTICUS.

℞. Aluminis unciam unam cum ſemiſſe,

Gummi kino drachmas tres.

Terantur ſimul in pulverem tenuem.

## PULVIS IPECACUANHÆ COMPOSITUS,
vulgo,
## PULVIS DOVERI.

℞. Radicis ipecacuanhæ,

Opii purificati, utriuſque drachmam unam,

Lixivæ vitriolatæ unciam unam.

MISCEANTUR et terantur ſimul accurate, donec fiat pulvis.

ELEC-

# ELECTUARIA.

## ELECTUARIUM AROMATICUM,
vulgo,
## CONFECTIO CARDIACA.

℞. Pulveris aromatici uncias tres,

Syrupi corticis aurantiorum, ad mellis ſpiſſitudinem cocti, uncias ſex.

Misce, diligenter ſubigens, ut fiat electuarium.

## ELECTUARIUM CASIÆ,
vulgo,
## DIACASIA.

℞. Pulpæ caſiæ fiſtularis uncias ſex,

Pulpæ tamarindorum,

Mannæ, utriuſque unciam unam cum ſemiſſe,

Syrupi roſarum pallidarum uncias ſex.

Mannam in mortario tritam, leni calore, ſyrupo ſolve; dein adde pulpas, et continuato calore, ad idoneam ſpiſſitudinem redige.

## ELECTUARIUM CATECHU,
vulgo,
## CONFECTIO JAPONICA.

℞. Extracti catechu uncias quatuor,

Gummi kino uncias tres,

Corticis cinnamomi,

Nucis moſchatæ, utriuſque unciam unam,

Opii

Opii, in vini albi hiſpani quantum ſufficiat diffuſi, drachmam unam cum ſemiſſe,

Syrupi roſarum rubrarum, ad mellis ſpiſſitudinem cocti, libras duas cum quadrante.

Misce, fiat electuarium.

## ELECTUARIUM SENNÆ,
vulgo,
## ELECTUARIUM LENITIVUM.

℞. Foliorum ſennæ uncias octo,

Seminum coriandri uncias quatuor,

Radicis glycyrrhizæ uncias tres,

Fructus caricarum, libram unam,

Pulpæ tamarindorum,

caſſiæ fiſtularis,

prunorum gallicorum, ſingulorum libram dimidiam,

Sacchari puriſſimi libras duas cum ſemiſſe.

SENNAM cum ſeminibus coriandri tere, et per cribrum ſepara pulveris miſti uncias decem. Reſiduum cum caricis et glycyrrhiza in quatuor libris aquæ, decoque ad dimidium; dein exprime et cola. Liquorem colatum per vaporationem abſume ad libram circiter unam cum ſemiſſe. Poſtea adde ſaccharum ut fiat ſyrupus. Hunc ſyrupum adde gradatim pulpis, et poſtremo immiſce pulverem.

ELEC-

## ELECTUARIUM OPIATUM,
vulgo,
## ELECTUARIUM THEBAICUM.

℞. Pulveris aromatici uncias ſex,

Radicis ſerpentariæ virginianæ, in pulverem tenuem tritæ, uncias tres,

Opii purificati in vini albi hiſpani quantum ſatis ſit diffuſi, unciam dimidiam,

Mellis deſpumati libram unam.

Misce, fiat electuarium.

# PILULÆ.

## PILULÆ ALOETICÆ.

℞. Aloes ſocotorinæ in pulverem tritæ,

Extracti craſſioris gentianæ, utriuſque uncias duas.

Misce, et ſyrupo ſimplice fiat maſſa.

## PILULÆ ALOES CUM COLOCYNTHIDE,
vulgo,
## PILULÆ COCCIÆ.

℞. Aloes ſocotorinæ,

Scammonii, utriuſque uncias duas,

Lixivæ vitriolatæ ſulphureæ drachmas duas,

Colo-

Colocynthidis unciam unam,

